



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Digress. de Tentationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

ab operibus cessans, orationem suspendit, & letantibus hostibus captivus ducitur.

2. Cor. 10.

Arma militia nostra (dicebat Apostolus) non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, &c. His, his Dæmonibus terrore sumus, his eis obstitimus.

In Vit. Pat. l. 6. tit. 2. n. 12. Oratio damoni compedes rejicit.

Vultis rei exemplum? Temporibus Juliani Apostatae, cum is ascendisset in Persidem, missus est ab eo Dæmon, ut velocius yadens in Occidentem adduceret inde ei aliquod responsum. Cum autem pervenisset Dæmon in quendam locum, ubi quidam Monachus habitabat, stetit ibidem per decem dies immobilis, eod quod ultra progredi non posset, quia Monachus ille non cessabat orando, neque die, neque nocte; & regressus est sine effectu ad eum, qui miserat illum. Dixit autem illi Julianus: Quare tardasti? Cui Dæmon: Et moras feci, & sine actione reversus sum, sustinui etenim decem dies Publium Monachum, si forte cessaret ab oratione, ut transirem, & redii, nihil agens.

Dæmoni obstitit oratio.

Digressio de Tentationibus.

Cum tentationibus irascibilis, & concupiscibilis aliter, atque aliter pugnandum, cum his fuga, cum illis congressione.

PUNCTUM XXXII.

Psal. 143.

Geneb. ibid.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum. Laudat Deum, eique gratias agit strenuus Rex, quod qui e pascuis venerat, artemque digladiandi ab hominibus non didicerat, militiz præcepta ab eodem edoctus, ejusdem auxilio insignes victorias reportavit. Psalmo titulus est: Psalmus David adversus Goliath, in quo Speranza Scriptura selecta.

A memoratur insignis victoria in duello Goliath, & gratias agit Deo, à quo doctus fuerat modum, artemque bellandi adversus eum: Benedictus Dominus, Deus meus, &c. Quæ ars fuit hæc? quæ præcepta, quæ scilicet servanda sunt, dum bellum est cum Golia? O quam refert habere artem digladiandi! Præliari vis indoctus, ait August. damnaberis victus. Non uno eodemque modo, unicoque præcepto præliandum cum Golia, cum Bethsabea altero. Præliari vis indoctus, damnaberis victus. Ipsi David adversus Goliath. Titulus brevis numero verborum, inquit Augustin. sed gravis pondere mysteriorum scilicet. Mysterii loco adnotes modum, artemque illam, qua contra Goliath usus est, ut eadem & tu cum Golia utaris: sed cave, ne eadem utaris cum Bethsabea, quia damnaberis victus. Goliath symbolum superbiæ, & iræ. Dejecit exultationem Golia, &c. Bethsabea luxuriz typus. Si vis deicere Goliath, obfiste, adorire: Si Bethsabeam fuge. Hinc tot ruinæ, quod eum eo vitio, in quo opus fugâ, fuga non arripitur. & in eo, in quo standum, ac obfistendum, nec statuitur, nec obfistitur. Job tentandus de patientia, ut se gessit, inspiciamus: de continentia, & castitate idem observemus. Definivit ipse, vitam hominis super terram esse militiam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquam pedem retraxit.

B præliandum cum Golia, cum Bethsabea altero. Præliari vis indoctus, damnaberis victus. Ipsi David adversus Goliath. Titulus brevis numero verborum, inquit Augustin. sed gravis pondere mysteriorum scilicet. Mysterii loco adnotes modum, artemque illam, qua contra Goliath usus est, ut eadem & tu cum Golia utaris: sed cave, ne eadem utaris cum Bethsabea, quia damnaberis victus. Goliath symbolum superbiæ, & iræ. Dejecit exultationem Golia, &c. Bethsabea luxuriz typus. Si vis deicere Goliath, obfiste, adorire: Si Bethsabeam fuge. Hinc tot ruinæ, quod eum eo vitio, in quo opus fugâ, fuga non arripitur. & in eo, in quo standum, ac obfistendum, nec statuitur, nec obfistitur. Job tentandus de patientia, ut se gessit, inspiciamus: de continentia, & castitate idem observemus. Definivit ipse, vitam hominis super terram esse militiam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquam pedem retraxit.

C Dejecit exultationem Golia, &c. Bethsabea luxuriz typus. Si vis deicere Goliath, obfiste, adorire: Si Bethsabeam fuge. Hinc tot ruinæ, quod eum eo vitio, in quo opus fugâ, fuga non arripitur. & in eo, in quo standum, ac obfistendum, nec statuitur, nec obfistitur. Job tentandus de patientia, ut se gessit, inspiciamus: de continentia, & castitate idem observemus. Definivit ipse, vitam hominis super terram esse militiam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquam pedem retraxit.

D ipse, vitam hominis super terram esse militiam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquam pedem retraxit.

Egressus Satan à facie Domini cepit damna in bonis inferre. Mox nuncius venit ad Job, qui diceret: Boves irabant, & asina pascebantur, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, &c. vasi ego solus ut nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, &c. Adnotat connexionem, continuationemque eladium Nazianzenus. Ita hæc amisit, ut nec luctibus ipsis ob afflictionum seriem, perpetuamque connexionem locus esset, &c. immo neque pie alicui cogitationi in eundæ, quæ vires, animûmque colligeret adversus dolorem, & acerbitatem secundi nuncii, neque respirandi locum relin-

E Egressus Satan à facie Domini cepit damna in bonis inferre. Mox nuncius venit ad Job, qui diceret: Boves irabant, & asina pascebantur, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, &c. vasi ego solus ut nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, &c. Adnotat connexionem, continuationemque eladium Nazianzenus. Ita hæc amisit, ut nec luctibus ipsis ob afflictionum seriem, perpetuamque connexionem locus esset, &c. immo neque pie alicui cogitationi in eundæ, quæ vires, animûmque colligeret adversus dolorem, & acerbitatem secundi nuncii, neque respirandi locum relin-

D August. in hunc locum. Pugnandum aliter cum Golia, aliter cum Bethsabea.

1. Reg. 17. Eccl. 47.

Artis recte pugnandi ignorantia mundo excrucialis. Job. 2. Artu recte pugnandi peritus Job.

Job. 1.

Naz. orat. in laudæ Athar.

§ quere

quere voluit sævus, callidusque hostis. *Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, qui dixit: Ignis Dei cecidit de celo, & tactas oves, &c.* Quam miro tentationum ordine ad impatientiam provocatus! Primò damnum sentit à terrâ, & ne recurrat ad cælum, mox intulit: *Ignis Dei cecidit de celo, & ne rursus in terra solatium quærat, in terrâ Chaldæi illi adversantur, & ne iterum ad cælum confugiat, ventus de cælo venit, ut scilicet fatigatus, & undique repertus, contra cælum, & terram excandescat.* At quo ordine hæc damna intulit? Non primò intulit, ac retulit mortem filiolem, ne ob nimium stupefactus dolorem insensibilis esset ad reliqua, quæ esset illaturus damna; sed facultatibus, rebusque omnibus eum primò exiit: deinde filius orbavit, quò miseram filiorum vitam, ablatis jam rebus non alendam, & mox mortem sentiret. Qua verò diligentia, & qua vicissitudine unus uni succedebat? Homo certè non erat, inquit Chrysostr. qui hæc Job narrabat, sed ipse Diabolus, hominibus in speciem transformatus, &c. unum etenim alius opportunè importunè succedebat, ut importunitate tot cladum, & infaustorum nunciorum Jobi constantiam dimoveret. Nuncii itaque erant tot Dæmones, qui eminenti figurâ, gestu, & habitu nunciorum celerimè inauditibus verborum exaggerationibus se se illi obviam faciebant. Sic Chrysostr. Olympiodorus, Origen. Hieronym. Nec verisimiliter alii esse poterant, qui non nisi ex industria, & ad amissum illicd. præstò essent, quique sic punctualiter ea referrent, quæ alius nemo scire potuisset.

Chrysostr. hom. 1.
de patient. Job.

Chrysostr.
Olymp.
Origen.
Hieron.

Job contra patientiam tentationem surgens. Et stans fugavit.

Sept.

Tertul. l. de patient. Job. 30.

Tunc surrexit Job. Non solum non retraxit pedem, sed surrexit, ut obviam ret. Surrexit, stetit, quia tentatio erat de patientiâ. *Adhuc permanens, constans, non fugiens: quin postea totus ulceratus, putridus, verminosus, adeò ut uxor ejus ad exercitiū patientiæ exprobraret eidem juxta Septuag. Tu in putredine vermium sedes, ipse intelligens vermes esse, juxta Origen. Dæmones, erumpentes bestiolas, ut inquit Tertullian. inde in eisdem specus, & partus refossæ carnis ludendo revoca-*

bat, unde & dicebat: *Ecce, qui me comedunt, non dormiunt; quasi diceret: Comedite, rodite, confistite, non fugio, quia tentabant de patientiâ. Cum onerosi consolatores, confisterent adversus eum, &c. nunquam clamavit, ut abirent: nunquam rogavit aliquem, ut aliud eos transferret, ne eisdem amplius audiret, quia tentatio erat de patientiâ, & idèò patienter tulit, &c.*

B. Sed in alio tentationis genere, in materia carnis, fugam ut arripit? *Pepigi sedus cum oculis meis, ut, &c.* Circa quæ verba Chrysostr. Quis non admireretur, & obstupescat, videas virum hunc cum Diabolo quidem viriliter certare, virginis autem faciem fugere, & à formosæ puellæ aspectu oculos subducere? Diabolum quidem videns non fugit, sed mansit, sicut leo viribus fidens: Virgine autem visâ non stetit, neque moratus in contuendâ pulchritudine, sed statim secessit. Censebat nimirum, in prælio contra Dæmones virili, & audaci animo opus; in continentie autem præliatione victoriam concedi non ex virginum consuetudine, sed secessu.

Si quis te carpit, maledictis laceffit, conviciatur, mordet, rodit, devorat, onerosus est, ne fugias, &c. si tibi blanditur, D fuge, &c.

In Genesi Agar insolescens despectui cœpit habere Sarai, quæ impatiens ancillæ, nec ferre valens jugum servulæ, cura Abraham expostulavit: *Iniquè agis contra me.* Hebr. *Injuria mea super te est, hoc est, tibi est imputanda, qui non prohibes, nec insolescentem castigas.* Cui Abraham: *Ecce in manu tua est, utere ea, ut libet.* Hebr. *Fac illi, quod bonum est in oculis tuis, quòdque convenire judicabis.* Affligente igitur eam Sarai, fugam inijt. Videamus, an hæc fuga comprobata fuerit. *Cumque invenisset eam Angelus Domini, dixit ad illam: Agar, ancillâ Sarai, unde venis, aut quò vadis? Ut in mentem revocat ancillæ conditionem! Quæ respondit: A facie Sarai domina mea, fugio. Dixitque ei Angelus Domini: Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius, quasi dicat. Non est hæc causa idonea fugæ! Sara, excipe exerc-*

Job. 21.
Chrysostr. de cont.
Job. serm. 2.
Carnis tentationes fugâ fugavit.

Gen. 16.

Hebr.

Gen. 21.

exercitum, patientiam habe: tu humiliare, &c. Iterum cum solum vidisset Sara filium Agar. Ludentem cum Isaac, dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc, & filium ejus. Durè accepit Abraham pro filio suo. Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua, omnia, qua dixerit tibi Sara, audi vocem ejus. Ejecit eam, nec Angelus eam reduxit, nec filius ultra domum reversus est: Et moratus est in solitudine. Quid hoc? Vidit ludentem. Gloss. Interlin. Lubricum, & lascivum eum esse docebat, sicut ipse erat. &c.

Carnis vitia fugã fuganda.

Gloss. Interl.

Gen. 13.

Interl.

Rupert. l. 5. c.

9. in Gen.

Ambr. l. 1. de

Abr. c. 3.

Loth infeliciter

cecidit sua ab

Abraham

defectio.

Mox ut Loth divisus est ab Abraham, ne esset jurgium inter pastores, &c. recessit ab Oriente, in Occasum ruiturus, inquit Interlin. Quamvis Loth in persona sua justus fuerit, non incongruè tamen typum gerit vitiosæ multitudinis, inquit Rupert. Unde Ambrosius: Loth amœnam regionem elegit, sed citò infirmioris consilii pretium luit, ut etiam ipse captivus educeretur: quoniam vitio servilis nequitia à prudentiore deflexerat, & partem flagitioforum elegerat. Sodoma enim luxuria, atque lascivia est, ideòque declinatio. Latina interpretatione dicitur Loth, quòd is vitia eligit, qui à virtute declinat, & ab æquitate desecat. O quot, dum exercitium patientia tolerare nequeunt, paulatim lumen perdunt, eliguntque pacis gratia regionem, ex eorum sententia, sicut Paradisum Domini, unde postea angelica manu, & virtute sint extrahendi. &c.

Judic. 1.

Hebr.

Iebuseum habitatorem Jerusalem non deleverunt filij Benjamin, habitavitque Iebuseus (conculcatio) cum filiis Benjamin in Jerusalem usque in presentem diem. Manasses quoque non delevit Bethsan: Ephraim non interfecit Chananzum: Zabulon non delevit habitatores Cotron: Aser non delevit habitatores. Accho, &c. De his capite tertio: Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, & discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem prallandi, &c.

Amalecitaru

nihil reliquum

voluit esse Do-

minus. Cur?

Sed illud animadversione dignum est, quòd cum ex omnibus supradictis nationibus, aliquam partem superesse permiserit ad illorum exercitationem de Amalec

tamen sic strictè jussit: Non parcas ei, & non concupiscas illius aliquid, sed interfice à viro usque ad mulierem, & parvulum, & lactantem, & bovem, & asinam, & ovem, & camelum. Recensui, quacunque fecit Amalec Israeli, quando restitit ei in via, cum ascenderet de Ægypto. Omnes rationes restituerunt, sed magis Amalec. Amalec, populus lambens, lingens sanguinem, gens bruta, vitium luxuria designat. In via Amalec Israeli restitit, inquit Gregor. Quia libido ad perfectionis summam tendentibus arma voluptatis objicit. Cum ascenderes de Ægypto. Israël de Ægypto ascendit, dum electi ad supernam Patriam pertingere conantur, qui tamen, dum in carne sunt, per validos modos Amalec resistentem vident.

1. Reg. 15.

Hebr.

D. Greg. in

1. Reg. 15.

Amalec vitium

carnis designat

Non parcas ei. Quis est autem, qui parcat Amalec, nisi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut carne, lascivia aliquid retinent? Nam plerique turpitudinis opera non exercent, sed linguam à turpilocatione non cohibent: plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant: quidam nihil turpe agunt, sed quod refugiunt, corde concupiscunt. Hi omnes parcat Amalec. Non parcas ei: quia de tam nequissimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Non concupiscas ipsius aliquid, ut penitus eradicetur à cogitatione. Interfice à viro usque ad mulierem. Viri motus, mulieres concupiscentia, parvuli, & lactantes carnis titillationes, &c. omnes interfici debent, exterminari, deleri, &c.

Turpia loquē-

tes, vel cogi-

tantes parcat

Amalecitis.

Exod. 17. Delebo memoriam Amalec sub celo. Hebr. Delendo debebo. id est, funditus, & omnino delebo.

Exod. 17.

Hebr.

In Exodo describitur victoria contra Amalec. Mirum! Carteræ victoriæ dantur his, qui cominus pugnabant, hæc datur Moyli, qui eminè orabat. Cum levaret Moyses manum, vincebat Israël, sin autem paululum remississet, superabat Amalec. Duo hic advertenda. Primum ex D. Gregor. in hoc potissimum bello robur in oratione stetit. Secundum, orantem à longè orasse, &c. In tentationibus carnalibus opus oratione, & fuga. Fugite fornicationem. Ponderat Chryostom. illud fugite: non

Exod. 17.

Hebr.

Amalecitas

eminè pu-

gnando expu-

gnavit Moyses.

Cur?

1. Cor. 6.

D. Chryf.



¶ S. Anselm.
ibid.

dixit abstinere, sed fugite, &c. quia qui A
approximat, non abstinere. Fugite. S. Ansel.
Non dicit, pugnate adversus eam, sed fu-
gite illam: quia cum aliis vitiis potest ex-
pectari conflictus; hæc autem fugienda
est, quia non aliter melius vinci potest.
Ideo viri longè debent esse à feminis re-
moti nec etiam mente huic vitio propin-
quare, si cupiunt victores fieri. Eadem est
ponderatio D. Thomæ. Notandum, ait,
quòd cætera vitia vincuntur resistendo: B
quia quantò magis homo particularia
considerat, & tractat, tantò minùs in eis
invenit, unde delectetur, sed magis an-
xiatur: si d. vitium fornicationis non vin-
citur resistendo, quia quantò magis ibi
homo cogitat particulare, magis incen-
ditur, sed vincitur fugiendo, id est, tota-
liter vitando cogitationes immundas, &
quaslibet occasiones, ut dicitur Zach. 2.
Fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus.

Zach. 2.

3. Reg. 18.

Elias Achabo
& resistit, Jezabe-
li non fugit. Cur?

Ut Elias hanc distinctionem habebat!
Coram Rege Achab, qui eum de pacien-
tia pertentabat, *Thene es ille*, inquit, *qui*
conturbas Israel? non fugiens, sed animo
virili, peccato tamen, respondit: *Non ego*
turbavi Israel: sed tu, & domus patris tui, qui
dereliquisti mandata Domini. Sed ecce in-
surgit in eum Jezabel, & mox in fugam
vertitur, mox timore, ac tremore con-
territus, per montes deserta petit, & sub-
ter unam juniperum fatigatus petit ani-
mæ suæ ut moritur: *Sufficit mihi, Domi-
ne, tolle animam meam.* Quid! Contra
Regem Israel consistis, à facie mulieris
fugis? Si, facio, inquit ille.

Gen. 8. ex Caj.
Hebr.
Corvus & Noe
typus hominù
carnalium.

Ut moras nectis, peristi. Unde corvus
ille submersus? Ex Cajet. *Et exivit exeundo,*
& redeundo. Volitabat nimirum circa Ar-
cam, ingredi volebat, sed ob odorem ca-
daverum moras nectens, ingredi non
statuebat: sic eundem, & redeundo multo-
ties, tandem à cadaveribus abstractus, &
illectus super illa cadavera submersus,
suffocatusque est. O quàm id quotidie
miserè videre est! Sentit ille odorem, vel
potius fetorem cadaverum, &c. Exit
exeundo, & redeundo, non fugit, sed
circumvolitat, paulatim submergi-
tur, &c.

Fugit fornicationem Significanter, in-

quit Cajetan. dicit, *fugit* vòd, tanquam
insequentem, & serpentem in non fu-
gientes: Cum reliquis enim vitiis con-
gressus haberi potest rationibus pugnan-
do; cum vitiis autem carnalibus non est
pugnandum, quoniam serpsat in cogi-
tationes etiam contra illa, sed victoria
per fugam habetur, fugiendo scilicet
etiam cogitationes omnes talis ge-
neris.

Cassianus ad interrogationem Ger-
mani, an ita castitas, sicut & cæteræ pas-
siones, debeat explorari, respondet, ut
post ipsum magistri omnes vitæ spiritua-
lis, omninò diversimodè. Nam frequen-
tia hominum, inquit, & occasionum in-
tentationibus impatienciæ ad victoriam
confert, ob quod etiam in solitudine exi-
stentes, cum irrationum fomes, atque
materia ab hominibus non possit exur-
gere, tamen earundem incitamenta de-
bemus etiam de indultia retractare, ut
adversus ea jugi cogitationum colliucta-
tione pugnantibus nobis, medela prom-
ptior conferatur. Contra fornicationis
verò spiritum diversa ratio, & dispar est
causa: nam quemadmodum corpori usus
libidinis, carnisque vicinia, ita etiam
menti memoria ejus est penitus subtra-
henda. Satis enim perniciosum est ad-
huc infortium, agrisque pectoribus, vel
tenuissimam recordationem hujus pas-
sionis admittere, ita ut nonnunquam eis
etiam sub recordatione sanctarum for-
nicatarum, vel sub sacræ lectionis histo-
ria, noxiæ titillationis stimulus excite-
tur, cujus causa seniores nostri hujusce-
modi lectiones sub præsentia juniorum
solent consultissimè præterire.

Sed aliter in tentationibus impatien-
tiæ, & iræ, aliòque modo pugandum,
nempe congressione, obstitentia, non
fuga, ut docet idem Cassian. lib. de spiri-
tu iræ. Interdum, ait, superbia, vel im-
patientia superati, cum inconditos no-
stros mores, atque inordinatos volu-
mus emendare, solitudinem nos desi-
derare conquerimur, tanquam ibi, nul-
lis nos concitantibus, illicò virtutem
patientie reperiri, excusantes negli-
gentiam nostram, causasque commo-
tionis,

Lib. 8. de spiri-
tu iræ c. 15.

tionis, non nostra dicentes impatientia, sed Fratrum vitio generari: dumque in alios erroris nostri vertimus causas, nunquam ad patientiam, & perfectionis calcem valebimus pervenire. Summa emendationis, ac tranquillitatis nostrae non est in alterius arbitrio collocanda, quod nequaquam nostrae subiacet potestati, sed in nostra potius ditione consistit. Itaque ut non irascamur, non debet ex alterius perfectione, sed ex nostra virtute descendere, quae non aliena patientia, sed propria longanimitate conquiritur.

Concludit, solitudinem non omnibus convenire: Haec enim, sicut novit emendatis moribus contemplationem purissimam referre, ita eorum, qui minus emendati sunt, vitia non solum servare, verum etiam exaggerare consuevit, tamdiuque sibi parvus quis videretur, & humilis, donec nullius hominis commisceatur consortio, ad naturam pristinam mox reversurus, cum interpellaverit cuiuslibet commotionis occasio: Emergunt qui pe ex eo confestim vitia, quae latebant, & velut equi infraenes certatim e suis repagulis otio longiore nutriti, acrius ad perniciem aurigae proprii, ferociusque prorumpunt.

In hunc sensum, quidam eorum Abbatum apud eundem Cassianum interpretatur illeud Apostoli, *Dare locum irae*, id est: Non sint corda sic impatientia, & pusillanimitatis angustis coarctata, ut violentam commotionis procellam, cum irruerit, sustinere non possint, sed dilatamini in cordibus vestris, suscipientes adversos iracundiae fractus in illis extenuis sinibus charitatis, quae *Omnia suffert, omnia sustinet*. Dare itaque locum irae, est excipere iracunda verba, & verbera, si opus sit, in sinibus cordis patientiae, & charitatis, & ibi ea obruere charitate. Sic eadem verba interpretantur Ambrosius, Anselm. & Origen. qui dicti quasi afferens rationem subdit: Nemo enim ira rabidus invenitur, qui illata iniuria, si vicem non recipiat, iterum saeviat, sed quasi effuso, ac digesto furore necessario mitescit. Ad summum itaque, dato lo-

A cum irae, non erit fugere, sed solum modò passum, quo alterius, aut propria ira pertranscat, retrorahere, &c. Quo sensu dicitur in Proverb. *Doctrina viri per patientiam nascitur*. vel ut Chald. habet, *Intellectus viri est differre furorem, &c.*

Prov. 17. Chald.

B Fugā occasionum tentationes vincuntur.

PUNCTUM XXXIX.

Inter formidabiliora, quibus tentator luitur, est ipsa tentandi assiduitas. O quot arces capit hac longa obsidione! o quot lapides excavat assiduo hoc stillicidio! o quot ad terram dejicit tædio vitiosos! Praestantius remedium est semper abesse ab occasione.

Tentationum assiduitas formidabilis.

Eadem assiduitatis arte tentavit Samsonem. Gen. 39. *Huiusmodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti*. Muliere antiquo instrumento usus est. *Per singulos dies, &c.* verbis nimirum sic efficaciter ad luxuriam provocantibus, mulier, quae rogari debebat, rogat, nullo servato verecundiae termino, non sollicitatur, sed inrempenter, & procaciter (quod notat Chrysost.) ipsa sollicitat: hoc autem, *per singulos dies*, nullo intermisso die, nullam occasionem elabifinens. *Per singulos dies molesta erat*, importunè instabat, lacrymis, suspiriis, amplissimis pollicitationibus (ut Rupert. ait) obsecrabat. *Molesta erat*. Sed cuiam? Deceperit? *Adolescenti*, non obligato, non frigido, sed adolescenti sanguineo. *Huiusmodi verbis per singulos dies mulier molesto erat adolescenti*. Sic incentiva libidinum (ut ait Interlia.) frequenter impetunt castitatem.

Gen. 39. Tentationum assiduitate oppugnat Ioseph. & Samson.

Hac arte tentavit & Samsonem. *Cumque molesta esset ei, & per multos dies jugiter adhaereret, defecit anima eius*. Utrumque assiduitate fatigare tentavit. Sed pugnavit Samson, quod Samson cecidit, Ioseph autem permansit nisi quia Ioseph, quantum potuit, ab occasione abfuit: Samson vero

Chryf.

Rupert. Ab.

Interl.

Iud. 18.

Tentationum assiduitate ex- pugnavit Samson, non Ioseph. Quid ita?

Lib. coll. 16. c. 27. Rom. 12.

Ira locum dare quid.

Ambros. Anselm de Orig. ibid.

fese in occasionem immisit, & ideò corrui. Singulis horis illa mutabat amictum (inquit Ephrem) nullis omnino sumptibus parcens: at ille, ne simpliciter quidem aspectu, in illam intuebatur: quasi diceret: Muta habitus, muta scenas, videre non curo.

Ephraim.

Ad hæc, *Accidit quadam die, ut intraret domum, ut operis quidpiam absque arbitris faceret. Quid facturus intrasset, declarat Chaldaus: Ut investigaret, inquit, scripturas rationis, præcisâ nimirum sui muneris necessitate compulsus. Nota, inquit Carthuf. quòd non absque arbitris, ac testibus solitus erat intrare per cubicula, vel operari aliquid domi: ne illa, scilicet, aunderet ei soli inhonestâ proponere. Quid mirum, si etiam assidue tentatus, non tamen est victus? Semper ut potuit, se custodivit, & ab occasione abfuit, & licet juvenis, tamen perstitit.*

Chald.

Carth.
Ioseph occasio-
nes fugit, ideo
effugit.

Iudic. 16.
Bern. ser. 3.
Abul. ib. q. 7.
Riber in 11. ad
Hebr.
Samsonem fugit
occasio, quâ
non fugit.

Samson autem tantâ præditus fortitudine miserabiliter cecidit, ac defecit: quia aures præbuit, quia oculos non custodivit: quia, ut ait ad sororem Bernard. vidit, quòd videre non debuit, quia blandicias non vitavit, sed in sinu Dalila conquevit. O quot Samsones (Samson, Hebr. qui vim non patitur) paulatim vim tentationum experiuntur! Item Samson est idem, quod Sol. O quot illuminati paulatim animæ visu privantur, & ad molam ligantur!

Iob. 14.

Job. 14. *Mons cadens defluit, & saxum evanescit de loco suo, lapides excorvantur aqua, & alluvione paulatim terra consumitur. Quid hoc? Miratur Job. Sed videamus David, inquit Gregor. quantum mons altus fuerit, qui tanta Dei mysteria prophetico spiritu valuit contemplari, at quàm subito casu defluxit? Ut cæcatus? Unde? Ex occasione. &c. Lapides excorvantur aqua, & alluvione paulatim terra consumitur. Salomon quippe inordinato usu, atque assiduitate mulierum ad hoc perductus est, ut templum idolis fabricaret, qui prius Deo templum construxerat: duritiam nimirum mentis absorbent assidua, & mollia blandimenta libidinis, & lenium, atque subtile vitium corrumpit durum, & forte propositum mentis.*

Greg. ibid.
Occasio non
vitata in vitium
impulit Davi-
dem.

A Fugâ occasionis est opus: nam in duplici tentatione, vel inopinata, vel prævisa, & cognita, aut montis, qui subito defluit, vel terræ, quæ paulatim alluvione consumatur, semper fugâ occasionis est opus.

Crede mihi (Dei semper præsuppositâ gratiâ) victoria in fuga. Fuge, & vicisti. Fuge, & Nanciaturumque est Regi Aegyptiorum, quòd vicisti. B fugisset Israël. Mox arcepta fuga: *Cantemus Psal. 59. Domino, gloriosè enim magnificatus est, &c. Hinc David: Dediti mei uentibus te significacionem, ut fugiant à facie arcus (mulieris, quæ lethales vibrat sagittas.) Alii: Dediti mei uentibus vexillum ad extollendum, in signum videlicet certæ victoriæ: quòd & subdit: Ut liberentur dilecti tui. q. d. Fuge, & vicisti.*

Idem Psal. 55. *Deus, viam meam annunciat tibi. Hieronym. Deus, fugam meam annunciat tibi. Quid de victoria, ô David? Tunc convertentur inimici mei retrorsum.*

Mirus certè locus Psal. 67. *Rex virtutum dilecti, dilecti, & speciei domus dividere spolia. Quid hic perditicilis locus sibi vult? Flaminius: Reges exercituum fugient, fugient (ne indecorum in Christiana militia id putes) mox de spoliis, & pulchritudo domus dividet spolia. Sic Hieron.*

E contra, qui non fugit, etsi alio qui strenuus, perit. Chrysost. Rediit Urias è bello, ait, que Rex ad eum: *Quid est, Uria? Ut se habet res bellica? Publicè inquit ille, vicimus, Audivit Rex, quòd miles vicisset, cum ipse victus fuisset, quòd miles feliciter pugnavisset, cum Rex voluptati succubisset, quòd miles in bello victoriam obtinisset, cum ipse à peccato dejectus, ac prostratus fuisset.*

Optimum certè, optimum illud Augustini consilium. Contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis invenire victoriam: Nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere.

In Genes. Ioseph dicitur relicto pallio foras egressus: ne memoriæ scilicet succurreret contactus ille pallium reliquit. Et egressus est foras. Sed quid sibi vult, foras? Quisquis egreditur, foras egreditur. Ex Philone:

Ioseph cur egressus foras dicitur.

Philone: Penitus scilicet, penitusque egressus est, nunquam reversus, nec pedem, quem ab eâ domo extulit, iterum unquam iniecit. Sunt, qui exeunt, sed non foras, à cubiculo in cubiculum, non domo exeunt. *Relicto pallio, egressus est foras.*

Ambr. l. de Joseph. c. 5.

Ambrosius: Magnus vir Joseph, qui adamat non redamavit, rogatus non acquievit, apprehensus aufugit. Qui teneri veste potuit: animo capi non potuit: ac ne ipsa quidem verba diu passus est; contagium enim iudicavit, si diutius moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incendiæ transiret: *Relicto pallio, egressus est foras.*

Judith. 16.

Judith conopæi Holofernis in anathema oblivionis obtulit. Cur? Psal. 136. Titel & Genebr. ibid.

Conopæum illa in anathema oblivionis dicitur obtulisse: quia nimirum erat amantis. Ille servat anulum, illa epistolam, alius, &c. in anathema, in anathema oblivionis, omnes auferens, omnes præcidens occasiones.

Cum filij Israel in Babylonicâ captivitate ducerentur, ac per derisum, & ironicè, ut inquit Titel & Genebr. audirent dicentes: *Hymnum cantate nobis de canticis Sion;* zelo correpti, organa suspendebant, quod ex Hebr. veluti laqueo, & in cruce, quasi dicerent: Ad ignominiam sumptæ occasionis suspendantur. Quin, mirum! ex quadam Paraphrasi Chaldaica: *Sibi dixerunt: Quomodo? &c.* Sic, sic occasiones fugiendæ, mundi organa, citharæ carnis suspendendæ, manus occasionum spiritualiter abscindendæ, ac impossibilitandæ, si dicere licet, ne organa mundi amplius pulsare valeant.

Apud Labarâ in Appar. verbo, Occasio, Propos. 6.

2. Reg. 2.

Chrysim. Ps. 50

O vim occasionis! David ex solo Berthesabeæ conspectu tam fœdè cecidit. Chrysim. *Vidit, inquam, mulierem lavantem in solario.* Vidit, atque oculo vulneratus est, ac telum excepit. Audiant curiosi, qui alienas formas contemplantur. Audiant, qui infano spectaculorum studio tenentur: qui dicunt: Spectamus quidem, sed sine detrimento. Quid audio? David læsus est: & tu non læderis? Ille læsus est: & ego tuæ virtuti confidere queam? Is, qui tantam spiritus gratiam habebat, spiculum

A accepit: & tu fauciari te negas? Atqui ille scortum non vidit, sed honestam, & pudicam fœminam, idque non in theatro, sed domi: tu verò in theatro cernis, ubi etiam locus ipse animum supplicii reum efficit: nec tantum cernis, sed etiam audis improba verba, & meretricias, atque obscœnas cantiones, omni que ex parte fertur mens tua, per aspectum nempe ob ea, quæ vides, per aurem ob ea, quæ audis, per olfactum, ob ea, quæ odoraris, & cum tot præcipitia sint, totæ contumelæ, qui credere queam, te à ferarum moribus immunem esse? Num tu scis, um es? Num ferrum? Homo es communi naturæ imbecillitati obnoxius. Ignem cernis, nec uretis? An hoc rationi consentaneum est? Lucernam in fœnum pone, ac tum aude negare, quòd fœnum exuratur. Quod porro fœnum est, hoc etiam natura nostra est. Vidit eam igitur lavantem nudam pulchritudine captus est, telum excepit, vulnere affectus est.

Mulieri præcipuè vitanda occasio. In Genesi Abimelech. *Dedit Sara mille argenteos in velamen oculorum.* Chald. *In velamen honoris;* ad operiendam pulchritudinem, inquit Hamerus, gravissimus Author, ne sit ea aliis, ut fuit mihi, illecebra, & irritamentum libidinis. *Mille argenteos.* Ex computo recentiorum mille argentei erant ferè mille scutata ex nostris. Quid! pro emendis velis mille argenteos dedit? Sic, ait Tertull. de velandis virginibus, mille argenteos dedit pro velis emendis, quibus suam, ac puellarum honestatem contegeret. Mirum! mille argenteos pro velamentis? Sic, quia velaminibus mulieres opus habent.

Gen. 24. Chald. Hamerus. Matr. del. Rio. Marian. Corn. à Esp. Sara cur em- pium velamen

Tertull.

Idem Tertullian. ad Christianam mulierem: Oro te, inquit, sive mater, sive soror, sive filia virgo, (secundum annorum nomina dixerim) vela caput: si mater, propter filios, si soror, propter fratres, si filia, propter patres. Omnes in te aures periclitantur. Induc armaturam pudoris, circumduc vallum verecundie, murum sexui tuo strue, quæ nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos.

Tertul. ad Christian. mulier.

Sed hic ad nostram confusionem, ac pudorem adnotare est, quanta se se celeritate

Gen. ibid. tate Rex ille infidelis ab occasione subdu-
xerit. *Stating, de nocte confurgens Abimelech
vocavit Abraham., reddiditque illi Saram
uxorem suam.* Non distulit ad mane, non
moratus est, sed ubi Deus illi periculum
ostendit, media nocte surrexit, &c. Sic,
sic hujusmodi restitutiones faciendæ
statim.

D. Cyprian. D. Cyprian. de singul. Clericorum:
Lubrica spes est, quæ inter fomenta pec-
candi salvari se sperat. Incerta victoria
est, inter hostilia arma pugnare: & im-
possibilis liberatio est, flammis circum-
dari, nec ardere. *Nunquid potest homo abjco-
dere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non
ardeant? aut ambulare super prunas, ut non
combustantur planta ejus? sic qui ingreditur
ad mulierem proximi sui, non erit mundus,
cum tetigerit eam.*

D. Bern. ser. 65 in Cant. D. Bernard. Cum fœmina semper esse,
& non cognoscere fœminam nōne plus
est, quàm mortuum suscitare: Quod mi-
nus est, non potes, & quod majus est, vis,
credam tibi? Quotidie latus tuum ad la-
tus juvenulæ est in mensa, lectus tuus
ad lectum ejus in camera, oculi tui ad il-
lius oculos in colloquio, manus tuæ ad
manus ipsius in opere, & continens vis
putari?

Isidor. ep. 284. l. 2. apud Ba-
ron. c. 9. p. 867. *Mulierum
congressus fu-
giat sacerdotes.*
Optimè quidem Isidorus Pelusiota ad
Palladium: *Mulierum congressus, vit
optime, quantum fieri potest, fuge. Nam
eos, qui sacerdotii munere funguntur,
sanctiores, ac puriores illis esse oportet,
qui ad montes se contulerunt. Siquidem
illi, & sui, & plebis, hi autem sui duntaxat
curam gerunt. Atqui illi in hujusmodi
dignitatis fastigio collocati sunt, omnès-
que vitam eorum perscrutantur, & ex-
plorant: hi autem in spelunca sedent, aut
sua vulnera curantes, aut vitia obtegen-
tes, aut etiam coronas sibi ipsis textentes,
Quod si etiam, ut cum illis congregiaris,
necessitas aliqua te obstringat; oculos
humi dejectos habe, atque ipsas quoque,
quonam pacto spectandum sit, doce.
Non enim duntaxat docendum est, quo-
nam pacto cernere oporteat, sed etiam ut
oportet cernere. Cùmque pauca, quæ
ipsarum animos illustrare queant, locutus*

A fueris, statim evola, ne fortè diuturna
consuetudo vires tuas emolliat, & in-
fringat.

B Quod si te frequenter cum ipsis versa-
ri, nec ullo inde detrimento affici dixeris,
id quidem fortasse mihi persuaderi sinam.
At illud item velim omnibus notum es-
se. Aquis lapides extenuari, ac rupem
aquæ guttis continenter cadentibus ex-
cavari dicunt. Quorum verborum hujus-
modi sensus est: Quid rupe durius fingi
queat? Quid item aqua mollius, & qui-
dem, aquæ guttula? Et ramem assiduitas
naturam vincit: Quod si natura, quæ æ-
grè dimoveri potest, dimoveretur, idque
quod minimè habebat, perpetitur, quâ
tandem ratione voluntas, quæ facillè mo-
veretur, à consuetudine non vincatur, &
evertatur?

C Hoc perspicuè videre est in Andrea
Fundanæ civitatis Episcopo: Quod, ait
in Dialog Gregor. ad hoc legentibus ut
valeat, exopto, quatenus qui corpus
suum continentia dedicant, habitare
cum fœminis non præsumant, ne ruina
mentem tantò repentina surripiat, quan-
tò ad hoc, quod malè concupiscitur, et-
iam præsentia concupitæ formæ famula-
tur. Hæc res non est dubia, quàm narro.
quia penè tanti in ea testes sunt, quanti
& ejusdem loci habitatores existunt. Hic
namque venerabilis Vir, cum vitam mul-
tis plenam virtutibus duceret, seque
sub sacerdotali custodia in continentia
arce custodiret, quandam Sæctimoniam
fœminam, quam secum prius habuerat,
noluit ab Episcopi sui cura repellere, sed
certus de suâ, ejusque continentia, secum
hanc permisit habitare. Ex qua re actum
est, ut antiquus hostis apud ejus animum
aditum tentationis exquireret. Nam cœ-
pit speciem illius, oculis mētis ejus com-
primere, ut illectus nefanda cogitaret.
Quadam verò die Judæus quidam ex
Campaniæ partibus Romam veniens,
Apicæ carpebat iter: qui ad Fundanum
elivum perveniens, cum jam diem vespè-
rascere cerneret, & quò declinare posset,
minimè reperiret, juxta Apollinis tem-
plum fuit, ibique se ad manendum con-
tulit.

D. Greg. lib. 4.
Dial. c. 7.

De Andrea,
Fundano Epi-
scopo, qui occa-
sionem non
vitans, penè
prolapsus est.

Occasio ejus-
dam Sancti-
monialis sen-
sim animum
ejus emollit.

*Quantum va-
leat inferna-
lium pena-
rum meditatio*

jam corpore combureretur, unde veluti secum depugnans, dicebat: Quid est, Martiniane? Recte te accepit hic ignis, qui est ad tempus, & hæc acerba pœna? Si autem potes hæc pati, accede ad hanc mulierem, ipsa enim, vel per eam potius Diabolus ignem æternum conciliat. Non est enim hæc causa, sed is, qui eam movit, ut impediret bonum tuum propositum. Cogita ergo æternum illud supplicium, ô Martiniane vermem, qui non potest sopiri, stridorem dentium. Hic enim ignis, qui est ad tempus & cadit sub aspectum, ab aqua extinguitur, & dum ardet, habet lucem, æternus autem ignis, & qui nunquam desinit, neque unquam ab aqua extinguitur, neque ullam habet lucem. Illi vermes nunquam cessant. Angeli, qui præsumunt supplicium, in puniendo nunquam defatigantur, suntque planè immiseriordes. Cogita hæc omnia, ô Martiniane, & si ea potes sustinere, accede ad mulierem.

*Alterius occa-
sionis tentatio.*

His itaque contra præsentem occasionem munitus, sive deinceps imbecillitatis conscius, ad eam mulierem occasiones vitavit, ut id præcipue cogitaret, in quem locum profugeret, vel conscenderet, ad quem fieri non posset, ut mulier perveniret. Cùmque in quadam parva insula in mari posita, in qua nemo penitus habitabat, se se abdisset, iterumque opera Diaboli puella quædam pulcherrima, quæ sola in naufragio servata, apprehensa tabula, scopulum eundem tenuit, illuc appulisset, & clamasset, ut ei manum portigeret, videns non aliunde eam posse habere salutem, aut auxilium, dixit subridens: Hoc quoque est maligni machinatio. Revera non vinces promptum meum, & alacre animi studium, ô Diabole. Deinde dicit apud se: Væ mihi peccatori, rursus mihi adest cordis probatio. Quid ergo faciam? Si eam dimisero in aquis, in eis suffocabitur, & maculabit meam animam in die Judicii. Sin autem eam assumpsero, non excedit mihi esse cum ea. Revera hæc est in longè graviori necessitate, quam prima. Nam illa quidem, cùm esset in terra, poterat

A sæpè servari: hæc verò non potest aliunde servari. Et cum suos oculos in cælum extendisset, dixit: Domine Deus meus, in quem speravi à juventute mea, ne sinas me perire: sed provide id, quod est utile animæ meæ. Cùmque hæc dixisset, tradidit ei manum, & eduxit eam ex aqua.

B Cum autem animadvertisset, eam esse speciosam, dicit ei: Igni cum fœno nequaquam bene convenit. Non possum ego, & tu hic simul esse: malignus enim in me operatur putrefactionem. Sed tu hic mane, neque quicquam timueris: habes enim panem, & aquam, & quomodo comedebam ego, tu quoque comede, ut tibi sufficiat, donec veniat nauclerus, qui adfert ad me panem, & aquam: adhuc enim restant duo menses, post quos huc veniet, & cum huc veneris, narra ei, quid acciderit. Is verò te

C hinc educet, & deducet in tuam civitatem. Cùmque hæc dixisset, mare obstravit signo Crucis, & dixit: Domine Deus meus, qui increpasti ventos, & mare, cæque tibi cum tremore obedierunt, me quoque adspice, & mei miserere, & ne sinas me perire. Ecce enim, Domine, confidens in sancto tuo nomine, in mare me projiciam. Malo enim mori inconsideratè, quam cum corporis perturbatione consuetudinem habere cum muliere. Ad puellam autem conversus, dixit: Esto salva, mulier. Dominus custodiet animam tuam, filia, ab omni insultu Diaboli, & te conservabit in finem. Quæ cùm dixisset, se statim jecit in mare. Statim autem eum duo delphines exceperunt, & in terram deposuerunt. Puella verò, donec excessit ex oculis ejus, videbat ipsum ferri super aquas, neque sciebat amplius, quid factum esset. Bestus autem Martinianus in terram egressus oravit, dicens: Ago tibi gratias, Domine Deus meus, quod fecisti misericordiam in meam humilitatem: sed etiam usque ad finem ne me relinquant, bone Domine, & benigne.

D E Hæc cum dixisset, dicit apud se: Quid faciam, nescio. In montibus non me

*Ut occasiones
fugiat, mittit
se in mare, &
delphinorum
tergis evolvitur.*

*Ut occasiones
fugiat, perpe-
rui suscepit pe-
grinationem.*

finit Satanas, nec in mari. De cætero bonum est mihi meditari dictum Evangelii, & hoc facere, docet enim Dominus sic dicens: *Si persequantur vos ex hac civitate, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non finietis civitates Israël.* Quæ cum dixisset, cœpit fugere, & dicere: Fuge, Martiniane, ne te comprehendant tentatio, fuge, Monache. Sicque fugiens, & seipsum persequens, finit dies vite sue.

Matth. 10.

Gen. 6.

Quid miramur? *Videntes filij Dei filios hominum, quod essent pulchra, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.* Quosnam hic arbitramini Dei filios appellatos ex Philonis, Tertulliani, Justini, Clementis, & Lactantii sententia? Ange-
 Fierine id quidem potuit? O vim occasionis! Improbatur quidem horum sententia, præsertim à Theodoro, ac plerisque aliis, tum veteribus, tum recentioribus: cæterum ex ea tam perantiqua opinione, quantum illi occasione dederint inferre liceat, quod nimirum opinati sint ex aspectu mulierum vel Angelos inflammatos, primumque suum tunc temporis, peccatum luxurie admisisse, ac propterea caelo ejectos esse. Quod si ex horum sententia occasio movit Angelos, quantum movebit homines?

Phil. l. de Giga.
 Tertul. l. de ha-
 bit. mulier. Just.
 Apoc. 1.
 Clem. 3. ser.
 Lact. l. 2. c. 15.
 Theod. q. 47.
 in Gen.
 Corn. à Lap.
 hoc loco.

Hebr. 12.

D. Thom.

Theod.

Grac.

Occasio peccati
 circumstantia,
 & vincens.

Occasio regio
 mortis.

Isa. 9.

Matth. 4.

Occasionem
 quantum fugerint
 Sancti.

D. Gregor. 4.
 Dial. 11.

Deponentes, deponentes, ut monet Apostolus, *omne pondus.* D. Thom. & Theodor. id est, peccatum, & circumstant nos, ex Græco, & tenaciter inhaerens, ac vincens nos peccatum, hoc est, occasionem peccandi. O quam verè occasio tenaciter inhaerens est peccatum vincens! Vocant autem occasionem *circumstantia peccatum*, quia peccatum per occasionem circumcirca nos est.

Hinc per Iliam vocatur occasio veluti regio, ac territorium mortis. *In regione umbrae mortis, vel in regione, & umbrae mortis sedent.* His, qui in tenebris, & umbrae mortis sedent. Et bene umbra, nam ut umbra corpus; ita occasio peccatum consequitur.

Quantum propterea aberant Sancti ab occasione? Tantum, ut vel morti proximi, ac animam agentes abfuerint. Tolle paleam, apud D. Gregor. dicebat

A quidam animam agens, quia adhuc igniculus vivit. Tantum, ut ferè dixerim, eam vel mortui pertimeriat. Unde sapius illud in Genes. & alibi animadverti, Gen. 27. quidnam sibi vellet: *Ut det mihi speluncam Lyrae duplicem, in quo erat spelunca duplex, in spelunca agri duplici.* Quid est sepultura hæc duplex? Lyranus ait, sepulchrum duplex vocatum, quod unum in summitate cavernæ, alterum verò in fundo esset. Ad

B quid autem duplicia hæc sepulchra? Glossa, ut scorsum in altero viri, in altero verò conderentur mulieres. Quid? Vel post mortem hæc separatio? Omnino, ex quo intelligas, quantum in vita mulierum occasio sit vitanda.

A muliere certè fugiendum, ut à facie colubri. Prima, quæ cum colubro sermones permiscuit, mulier fuit: unde, sic dixerim, venenosum quid hausisse, & ex ore, & oculis, ac unde quaque venenum exhalare videtur. Eva mulierem signat, Heva verò colubrum, vel serpentem. Aspirationem adde mulieri, & coluber erit.

Quid, quod vel à bonis, ac spiritualibus cavendum? *Videntes filij Dei filios hominum, quod essent pulchra.* Filii Dei ex Chrys. Cyrill. Theodor. Rupert. Hilario, ob sanctitatem, ac temperantiam filii Seth. *Quod essent pulchra.* D. Hieron. quod essent bona. Cave, cave, et si sanctus, ac temperans, vel à bonis: immò ab his ferè magis, quod magis alliciant, tum pulchritudine, tum bonitate. D. Augustin. de cohabitatione Clericorum, & mulierum: *Quantò religiosiores, tantò citius alliciunt, & sub pretextu pietatis later visus libidinis.* Cito, cito te expeditas. Longa, & crebra colloquia sanctus amor non habet, sed brevis esse laborat, & per monosyllaba (cum ejus oracula illæ sciscitantur) respondat. Hier.

D Hieron. quod essent bona. Cave, cave, et si sanctus, ac temperans, vel à bonis: immò ab his ferè magis, quod magis alliciant, tum pulchritudine, tum bonitate. D. Augustin. de cohabitatione Clericorum, & mulierum: *Quantò religiosiores, tantò citius alliciunt, & sub pretextu pietatis later visus libidinis.* Cito, cito te expeditas. Longa, & crebra colloquia sanctus amor non habet, sed brevis esse laborat, & per monosyllaba (cum ejus oracula illæ sciscitantur) respondat. Hier.

Eccl. 9. Colloquium illius quasi ignis exardescit.

Eccl. 42. In medio mulierum noli commorari. Hugo Cardin. Nisi velis commori.

Job. 41. per accommodationem: *De ore eius lampades procedunt, sicut ignis accendit.*

Gloss.

Genes. 3.
 Mulier ex colubri
 loquio cum serpente
 venenum hausit.

Genes. Cyril.
 Theod.
 Rupert. ibid.
 Hilario.
 Hieron. in
 99. Hebr.

Aug. de cohab.
 Cler. ac mulier.
 Mulierum religiosorum
 familiaritas periculosa.

Eccl. 9.

Eccl. 42.

Hugo Card.

sa. De

Græc.
Alij.

sa. De naribus ejus procedit fumus. sicut olla succensa, atque ferventis. Halitus ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus egreditur. In collo ejus morabitur fortitudo, & faciem ejus præcedit egestas; vel Græcè. *Coram eo* (dic, cā) *currit perditio*. Membra carnis ejus coherentia sibi. Mitteret contra eum fulmina, vel effunderet in eum flumina (voluptatum.)

Occasiones
quoad fugit
Samson, fortis
fuit.

Iud. 14.

Septuag.

Ob id solenne semper fuit Sanctis omnibus occasiones pro posse devitare, sique fortes persistebant ab occasione remoti. Ut fortis Samson, donec ab occasione remoris abfuit! Cùmque *venissent ad vineas*, ne vineam ingrederetur, neve in occasionem aliquid à vinea accipiendi se se Nazareus immitteret, sterit, ut indicant Septuag. *Et venit usque ad vineam. Tunc apparuit castulus leonis servus, & rugiens, & occurrit ei, & dilaceravit leonem: magis nimirum timuit appropinquare vineæ, quàm leoni obviam ire.*

Sic, sic Deus adjuvat illos, qui quantum possunt, occasiones devitant: ut suo eos destituit auxilio, hoc est; elabi sinit, qui temerè in occasiones prouunt. Sic veluti à naufragio præservavit Josephum, non præservavit Samsonem: quem admodum à tempeste te liberavit. Apostolos, non liberavit Jonam.

In Vit. Pat. p. 2.
l. de obed. n. 4.

Occasiones fugiens à Deo
servantur.

O quanti refert, Fratres, in occasionem non se se immittere, sed potius mitti! Missus ille in Vitis Patrum ad possessionem quandam timebat ire, ne scandalizaretur. Cui senex: *Vade, & crede in Deum patrum meorum, quia proteget te ab omni tentatione. Et facta oratione, dimisit eum. Venit autem frater in possessionem, & requisivit, ubi maneret minister ille, qui parabat necessaria seni, & invenit hospitium ejus. Congitit autem eum cum suis omnibus ad memoriam parentum suorum extra possessionem venire, excepta una filia ejus. Quæ cum pulsantem fratrem illum audisset, venit ad ostium, & aperuit ei, & cùm ille interrogaret eam de patre suo, illa hortata est eum, ut intraret hospitium, simul etiam & traheret eum, ille verò non acquiescebat. Sed cùm diu eum traheret, prævaluit introducere eam ad se, & com-*

A. plexa est eum, & cepit eum illectare ad comixtionem corporis sui. Ille autem videns se trahi ad luxuriam, & cogitationibus confundi, ingemiscens clamavit ad Deum; dicens: Domine, propter orationes Patris mei libera me in ista hora. Et cùm hoc dixisset, subito inventus est ad flumen, pergen; ad Monasterium, & reversus est illæsus ad Abbatem suum. Videtis, quantum Deus adjuvet eos, qui non se in occasiones immittunt, & quantum interfit inter tentare se ipsum, & tentari?

Christi Servatoris nostri tentationes ex invidia tentatoris fuerunt, quod nimirum in virtutum exercitio eum tentator videret; & hæc ad bonum lucrum, & coronam ordinantur; Aliæ ex occasione suboriuntur, quod se quisquam in occasionem immittat, dona Dei non æstimet, in se confidat: & hæc ad lapsum tentationes sunt; ut fuit tentatio Evæ. Fugiendæ itaque occasiones, ut tentationes vincantur.

Quòd qui verè accedunt ad servitutem Dei, magis quàm alii tentantur.

PUNCTVM XXXIV.

Elli, accedens ad servitutem Dei, sit in iustitia, & timore, & præpara animum tuam ad tentationem. Quanto enim quis magis vult mundum fugere, inquit Hugo Cardin. & ad Deum accedere, tanto acrius, & subtilius insurgit Diabolus contra eum.

Tunc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à Diabolo. Chrysof. apud D. Thom. in Caten. Tunc scilicet, quando Pater clamavit de celo: *Hic est Filius meus dilectus.* Quisquis ergo (subdit Chrysof.) post Baptismum majores sustinet tentationes, non turberis: Etenim propter hoc accepisti arma, ut non vaces, sed præleris, Ideo autem tentationem à te Deus

Deus non prohibet, primo quidem, ut discas, quoniam multò factus es fortior, deinde ut magnitudine donorum non extollaris, tertio ut Diabolus experientia cognoscat, quòd perfectè ab eo abcessisti: quartò ut per hoc fortior reddaris: quinto ut crediti tibi thesauri signum accipias; neque enim Diabolus superveneret tibi ad tentandum, nisi te in majori honore eventum videret. Hilar. In sanctitate enim maximè Diaboli tentamenta grassantur, quia victoria ei est magis optata de Sanctis. Sitim nimirum inextinguibilem habet non turbidi Nili, sed aquæ limpida; & crystallina, fluvii Jordanis. *Absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quòd influat, Jordanis in os eius.*

Damon sanctis insensor.

Iob. 40.

Greg. ibid. Damon cur bovi comparatus.

Gregor. ad illud, *Fœnum quasi bos comedit.* Cur, inquit, Behemoth iste non equo, sed bovi comparatur? Respondet: Equi fœnum quamlibet sordidum comedunt, aquam verò non nisi mundam bibunt. Boves autem aquam quamlibet sordidam bibunt; sed fœno non nisi mundo vescuntur. Quid est ergo, quòd bovi, qui mundo pabulo pascitur, Behemoth iste comparatur, nisi hoc, quòd de isto antiquo hoste per Prophetam alium dicitur: *Esca ejus electa?* Neque enim se eos gaudet rapere, quos pravis, ac sordidis actionibus implicatos inimis secum respicit voluntariè jacere. Fœnum ergo comedere sicut bos, appetit: quia suggestionis suæ dente conterere mundam vitam spirituum alium querit.

1 Reg. 7. Mendoza ib.

Perpulchrè idem Gregor. observat, quòd ubi primùm Hebræi conveniunt in *Masphar*, quòd est Hebr. *speculatio*, vel *justitium*, (apro poenitentia loco) & ubi præterita abjuraverunt flagitia, obortisquæ lacrymis diluerunt, Philistinorum, Tyriorumque exercitus senserunt oppugnatores. Ablatis, inquit, Diis alienis, peracto jejunio, exhibita à Prædicatore censura examinis, ad Israël Philistinorum Principes ascendunt: quia cum altiori vita proficimus; maligni Spiritus, qui semper bene agentibus invident, nobis infestiores sunt.

Bern. de corr. ad Cler. c. 18.

Bernhard. de conversione ad Clericos:

A. Quotidianis discimus experimentis, eos, qui converti ad Deum deliberant, tentari acriter à concupiscentia carnis, & urgeri gravius in operibus luti, & laterum, qui Egypto egredi, & Pharaonis imperium effugere moliantur.

Expendit etiam August. quòd statim ac filii Israël ad petram Horeb admove-
B. bellum inuit contra Amalec. Videte, Fratres, quia posteaquam quisque de petra biberit, id est, Christi Sacramenta susceperit, necesse est illi ad pugnandum procedere. Tandiu enim aliquis Diabolum contra se pugnantem non sentiet, quamdiu opera illius exercere voluerit. Qui verò illum reliquerit, & de petra bibens, Christum sequi elegerit, necesse est, ut illum patiat infestum.

C. Et reverà infernalis hostis bellum commover adversus regeneratos, & in eum præcipuè vires exerit; qui præ aliis desiderio perfectionis, ac sanctitatis fulget, in hanc suam dirigit ictus, contra hunc ipsum Infernum commover. *Non pugnabitis contra minorem, aut majorem quenquam, nisi contra Regem Israël, &c. & impetu facto pugnabant contra eum.*

D. Miraris, inquit ad Stargirium Chryf. cur non aurea potiùs, cum viveres in deliciis, excelsaque, illa pompa, & seculi gloria stipatus incederes; sed nunc potissimum, quando abjecisti illa omnia, ac te ipsum totum Deo devovisti, adeò molestas sustines tentationes? Desine mirari, ó amice Stargiri: Nam diversitas tui status, & roæ vitæ tibi mutavit inimicum. Hactenus non te vidit aliis dissimilem, nunc cum te videat regio amictu ornatum, & Christi virtutibus decoratum, persequitur.

E. Ad Ezechielem ait Dominus: *Et tu, fili hominis, sume tibi laterem, & describes in eo civitatem Jerusalem, & ordinabis adversus eam obsidionem.* Ubi Greg. Quasi in latere descripta est Jerusalem, cum terrena mens cœperit, quæ sunt illa interna pacis gaudia, verè cognoscere, & ad conspiciendam gloriam Patriæ cœlestis anhelare. Quasi Jerusalem describitur, quando

Exod. 17. Aug. serm. 93. de temp. Israelis simul & de petra bibere, & pugnare cum Amalecitis capit. Quo mysterio

Chryf. lib. 1. de compun. cordis. Damon in sanctos efferrator.

Ezech. 4. D. Gregor. hom. 12. in Ezech.

mens, quæ prius terrena sapuerat, per amorem jam ad contemplandam gloriam cœli elevatur; sed mox ut ipsa amare cœperit cœlestia, antiquus ille adversarius, qui de cœlo lapsus est, in videt, & insidiari amplius incipit, & acriores, quàm consueverat, tentationes admovet: ided depictâ jam civitate Jerusalem, circa eam obsidionem describit, &c.

Statim ac aliquis Deo se eradit, hostes experitur. *Ego quasi murus*, (dicebat anima, quæ totam se Deo dederat) *Et ubera mea, quasi turris ex quo facta sum coram eo quasi pacem reprens, subito infernales hostes adversum me insurrexit. Antequam hanc spirituales pacem perquirerem; antequam in me ipsa Jerusalem describerem, nullæ pugna: nunc in sus pugna, foris timores, &c.*

Cam. 2.

Ibidem.

D. Hier. ad Eust. virg. Habac. 1.

Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea, si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. q. d. Si jam cœpit tentationibus obistere, si cœpit sensus custodire, & claudere, Si murus est, si ostium est, novas munitiones addamus, adificemus propugnacula, quia infernus in eam armabitur: compingamus tabulis cedrinis, imputrescibilibus, ne per rimulam hostis ingrediatur.

D. Hieronym. ad Eustoch. virginem: Onusta, inquit, incedis auro, latro tibi vitandus est. Item: Nô quærit Diabolus homines infideles, de Ecclesia Christi rapere festinat. *Ejce ejus*, secundum Habacuc, *electi sunt. Job subvertere cupit, & devorato Juda ad cribrandos Apostolos expetit potestatem.*

Parvi æstimat peccatores, quos jam quieto jure possidet, sed oculos conjicit in eos, qui è manibus ejus jam effugerunt, ut denuò sacrificent reti suo: *omne sublime videt, & ipse est Rex super omnes filios superbia. Similis Pharaoni, qui non contentus uti in operibus luti Egyptiis, gloriabatur se in iisdem operibus totius Israël nobilitate abuti.*

Job. 41.

Dan. 3. D. Chryl. hom. 4. ad pop.

Sic Regi Nabuchodonosor parum erat à Babyloniens adorari, si ab illis sanctissimis pueris non adoraretur; qui ided, ut notat Chryl. ea fecit instrumenta pulsari,

ut eo sono permoverentur, arte reverâ, versutiâque tentatoris.

Quanto verò conatu eos insequitur, *Exod. 15. qui ab Ægypto exierunt? Persequar, & comprehendam, inquit Pharao, divulsam spolia, &c. Insequitur cum toto exercitu, &c.*

De occultis tentationibus.

PVNCTVM XXXV.

Sed & serpens erat callidior cunctis animalibus. Ex Hebr. Sed & serpens erat in multis spiras, & gyros complicatus, & involutus.

Quis revelabit faciem indumentis ejus? Figura Hypallage; hoc est, indumentum faciei ejus, quis tentatoris mentitas formas deteget? I. circò Behemot dicitur, hoc est Bestia, in plurali, Leviathan, id est, monstrum maximum, tigris, serpens, avis, &c. quia, ut homines bestiales, quos possidet, non amittat, & ut bestiarum voluptates eis exhibeat, in omnes se se bestias transformatur, serpit humi, natat sub aquis, volat, &c. ut diversorum statuum homines decipiat. Nec his contentus figuris, adhuc inustriores induit: in ipsa (quis putaret?) elementa se transformat.

Patet in tentationibus Job. Primum *Irruerunt Sabas, tuleruntque ei omnia Sept. Irruerunt prædones. Quinam hi prædones fuerunt? Ait Orig. & Olymp. fuisse Dæmones sub forma prædonum. Mox ignis de cælo Orbes, puerisque consumpsit. Ecce, ait Chryl. quomodo sese in ignem effingit. Deinde turbo, ventusque irruens, &c. S. Hieronym. & S. Gregor. ajunt inventam similiter se transformasse. Sic nulla est forma, nullâque figura, in quam perfidus, ac deceptor sese non transfigeret. Nunc hic, nunc illic, nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem in se ostendit, & singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus secundum varias rerum mutationes, varias exhibet tentationes: nam ut tristes decipiat, tri-*

statur

Ratur & ipse: ut gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: ut spirituales defraudet. In Angelum lucis se transfiguratur: ut fortes comprimat, apparet agnus: ut mites devoret, apparet lupus.

Hæc quidem omnia secundum similitudinem variarum tentationum effici habent, ut terreat alios à timore nocturno, alios à sagittâ volante in die, alios à negotio perambulante in tenebris, alios ab incurſu, alios à Dæmonio meridiano. Et ad hæc quis idoneus, ut cognoscat? Et astutias ejus quis cognovit? *Quis revelabit speciem indumenti ejus? & gyrum dentium ejus quis agnoscat?* En abscondit sagittas suas in pharetrâ, ut sagittet in obscuro rectos corde, & laqueos suos abscondit sub specie lucis, & hoc difficiliter penditur, nisi à te, Domine, lumen assumamus ut videamus omnia: nam non solum in carnis operibus, quæ de facili cognoscuntur, nec tantum in ipsis vitiis, sed in ipsis etiam spiritualibus exercitiis laqueos abscondit subriles, & sub virtutum colore ipsa vitia induit, & transmutat se in Angelum lucis. Hæc Augustin. *Quis ergo revelabit faciem indumenti ejus?* supple, ait S. Gregorius ego (Christus) qui mea tentatione, quam pertuli, omnes ejus insidias detexit? At quam hæc testæ fuerint, videamus. *Dic, ut lapides isti panes fiant.* Tentavit esurientem, ut sub necessitatis operimento se regeret. O quot sensualitates sub specie necessitatis! Ah non, non sic stricte, non tam rigide, ut possis servite Deo. Insidias, insidias. Hæc est uxor Ieroboam impugnantis, vel multiplicantis populum, gula nimirum, quæ se aliam simulat.

Sic 3. Regum decepit Prophetam, qui cum præceptum de non capiendo cibo in domo Regis, & in sinibus ejus habuisset, & ibi oblatum cibum omnino respuisset, esuriens postea, & fidem habens Pseudo-propheta, apud eum dives saturus comedit, quem mox divinâ ultione leo occidit. Quid! (fortasse dicebat) deficere vis in via? Quomodo perficias opus Dei? Ah non sic stricte: sum & ego Propheta Dei: comedamus parumper. Et qui tunc famis passione laborabat, facile se seduci passus

est. O autem! Sic, sic sub specie necessitatis, sub specie boni, aut majoris servitii Dei persæpe decipit.

Quomodo Saul tunc tam spirituales decepisset, nisi his tegumentis majoris servitii Dei? Hunc gregem pietate servavi: hæc pecora, non avaritiâ, sed religione in futura holocausta reservavi.

His oculis tentationibus quotidie prosequitur spiritual. Cæpit ab exordio: *Eritis sicut Dij scientes bonum & malum.* Sub specie boni, participationis perfectionum Dei, suæ bonitatis, suæ simplicitatis, & omniscientiæ, &c. sic eos decepit, quos aliter nunquam decepisset; & idem ibi dicitur: *Et aperti sunt oculi eorum. Quid hoc sibi vult? Me judice, peccatum excæcat. Cæci facti sunt, quia Domino peccaverunt.* Quomodo ergo se habet post peccatum, oculos aperuisse? Responder

Theodoretus. Scripturam sic vocare sensum illum peccati, apertionem oculorum; quod tunc senserint se deceptos, cum post peccatum, Dei facti non sunt.

O quam oculos viros spirituales esse oportet! *Stringes tunicam bysso.* Hebr. *Oculus labis tunicam bysso, &c.*

Quatuor illa animalia vel ante thronum Dei, *Plena oculis ante, & retro, &c. & minus plena oculis.* Quid ante thronum Dei plena oculis? Ut intelligas, quod quantum vicinior es, tantum tibi oculi aperiendi.

Quis revelabit faciem indumenti ejus? Iob. 41. Gregor. Antiquus hostis tantâ se arte palliat, ut plerunque vitia virtutes fingat, & vel ipsa capitalia pallio virtutis obtegat. Gulam, & avaritiam, ait Gregor. pallio necessitatis tegit, ut fami satisfaciat, ut pauperibus consulatur, &c. Acediam velat pallio defatigationis, ut necessarium suum natura levamen habeat, &c. Superbiam, & ambitionem personat facie honoris, & gloriæ Dei: Itam, & invidiam, velo vitandi proprium, aut aliorum damnum: Libidinem etiam, quantum vis aliàs impudentem, suo proprio velo velare non desistit, quo carnalem amorem spiritualis amoris specie tegat.

Quis revelabit faciem indumenti ejus, & in medium oris ejus quis intrabit? ut scihcet

Psal. 90.

Matth. 4.

Hebr.

3. Reg. 17.
Dæmon sub specie necessitatis decipit.

1. Reg. 15.
Et sub prætextu pietatis.

Genes. 3.

Theod. ibid.

Exod. 28.
Hebr.

Ezech. 1.

Vitiis colorem virtutum allinit.

licet quid mandat, quidve comedat, cognoſcat?

D. Greg. in illud: Comeditis, & non estis saturati. Aggat. 1. Iob. 46. Greg. ibid.

O quam difficile cognoscere, quid beſtia mandat, quidve comedat! Aliud comedit, aliud mandat, inquit Gregor. Mandit zelum iuſtitie, & tamen vindictam manducat: ſic ſuam ſatiat paſſionem. Mandit zelum Dei, & pietatem erga proximum, & tamen propriam comedit commoditatem, & honorem: ſic ſatiat amorem proprium, &c.

Oſſa eius velut fiſtula aris. Ubi ait Greg. vehementiſſimas ac graviſſimas Dæmonis tentationes eſſe illas, quæ latent, & non agnoſcuntur, quæ dum tanquam fiſtula aures delectant, cor fraudibus, ac deceptionibus pervertunt. Si advertat te, ad cupiditatem refrænaudam contentum eſſe iis, quæ habes, fiſtulam ſuam inflat: Cur te iplum negligis, & quæ adhuc ſunt futura, contempnis, cum neſcias, quid tibi ſit venturum? Attende, ut ex nunc præpares, quod alias poſtea deſiciet. Annon & terrena poteſt actio peragi, & tamen in actione culpa declinari, quatenus & exteriora ſtipendia præbeat, & tamen internam rectitudinẽ non inſectat? Quod ſi te advertat velle rebus omnibus renunciare, ut nudum ſequaris Chriſtam, ſuam adhuc fiſtulam dulcius ſonat: Unde hæc temeritatis tantæ ſurrexit audacia, ut credere audeas, quod omnia relinquendo ſubiſtas? Annon plerique & terrena patrimonialia nequaquam deſerunt, & tamen ex his per miſericordie opera ſuperne fortis bona æterna mercantur? Si cupias tuos proximos adjuvare, habesque ad id talentum, fiſtulam ſuam muſicam ſonans ſuggerit auribus: Quid te ad aliena curanda dilatas? Utinam tuis conſiderandis ſufficiat. Annon perpendis, quia cum ad aliena extenderis, erga tua curanda, quæ tua ſunt, minor inveniris? Quid ergo tibi prodeſt, ad alios te dilatare, ſi periculum imminet tibi nocendi? His & ſimilibus rationibus ſe Draco obregit, quæ ſi locum in corde inveniunt, difficile valde remedium admittunt. Quis enim Dæmoni reſiſtat, quem Angelum eſſe iudicat? Aut quis vitio reme-

diũ afferre ſtudebit, quod putat eſſe virtutem?

Hoc tentatoris ſtudium eſt, ut vitia occultet. Hinc iuxta cujuſque complexionem unumqueque tentat, ut vitia non vitio, ſed naturæ tribuantur. Dicit id Greg. Prius conſperſionem vniſcujuſque antiquus adverſarius perſpicit, & tunc tentationis laqueos apponit: alius namq; lætis, alius triſtibus, alius timidis, aliº claris morib. exiſtit. Quod ergo occultus adverſarius facile capiat, vicinas conſperſionibº deceptiones parat: quia enim lætitie voluptas juncta eſt. lætis moribus luxuriam proponit: quia triſtitia in iram facile labitur, triſtibus poculum diſcordiæ portigit: quia timidi ſupplicia formidant, paventibus terrores intentat: & quia elatos extolli laudibus conſpicit, eos ad quæque voluerit, blandis favoribus trahit, &c.

Teſtis ſit Macarius Abbas, qui quondam vidit Dæmonem venientem in figura hominis, veſtitum tunica linea perforata, & per ſingula foramina vaſcula parva dependebant. Cui ſenex: Quod vadis, maligne? reſpondit: Vado commovere Fratres, hos, qui ſunt inferius. Cui iterum ſenex: Et propter quid tot vaſcula ſers tecum? Guſtum, inquit, Fratribus porto, idem tanta fero, ut ſi unum alicui non placeat, offeram aliud: ſi autem neque illud, dabo tertium: & ita per ordinem, ut modis omnibus, vel unum ex eis placeat.

Sic ſe occultat, dum vitia non ſolum curat, ut ad naturam referantur, ſed prætereã ut veluti virtutes habeantur. *Carſilago eius, quaſi lamina ferrea.* Ubi Greg. oſſis ſimilitudinem habet, ſed oſſis firmitatem non habet: ſic quædam ſunt vitia, quæ in ſe ſoli firmitatem virtutis habere videntur; ſed ſi ſubtilius inſpiciantur, protinus vitia cernuntur, & hinc aliquis expectat præmia, unde dignº eſt æterna invenire tormenta. Plerunq; enim in ulciſcendis vitii: crudelitas agitur, & iuſtitia putatur, atque immoderata ira iuſti zeli meritum creditur, &c. Ex hac deceptione quor mala proveiant, idem Sanctus lætè docet.

D. Greg. 29. Mor. 12.

Dæmones hominum ingenius aptant tentationes.

In Vit. Pat. p. 2. §. 57. Apud Rosweid. lib. 5. bel. 18. n. 9. Propterea virtutum earum habet apparitum.

Iob. 40. D. Greg. 32. Mor. 17.

Vitia multa multam cum virtutibus videntur habere affinitatem.

docet. Ex his unum, nullum sensum, ac ruborem habere tantarum culparum: alterum difficultas emendationis; facile enim, ait, culpa corrigitur, quæ erubescitur, quia esse culpa sentitur: hinc obstinatio, & tardissima emendatio, si tamen emendantur aliquando, rectum enim existimant esse, quod agunt. Unde benè Jeremias, cum diceret, *Candidiores Nazaras ejus nive, nitidiores lacte, &c. illud adjunxit, Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum, &c.*

Huc facit occulta tentatio, quâ se Diabolus transfiguratur in Angelum lucis, &c. Difficile est hunc detegere, sed tamen à sermonibus ejus, inquit Bernhard. cognoscemus eum: quis enim spiritus sit, qui loquatur, ipsa suggestio declarabit. Spiritus carnis mollis, spiritus mundi vana. spiritus malitiæ semper amara loquitur. Quoties ergo importunè, ut affolet, carnis cogitatio mentem pulsât, v. g. cum de potu, de cibo, de somno, de cæterisque similibus ad carnis curam pertinens cogitantes, humano quodam inardescimus desiderio, certum sit nobis, spiritum carnis esse, qui loquitur. & tanquam adversarium repellam eum, dicentes: *Vade retrò, Satana, quoniam non sapi, qua sunt Dei, sed magis sapientia tua inimica est Deo.* Cum autem non de illecebris carnis, sed de ambitione seculi, de jactantia, & arrogantia, cæterisque similibus cogitatio vana versatur in cordibus nostris, spiritus mundi est, qui loquitur. Cum verò non ad voluptatem carnis, aut seculi vanitatem, sed ad iram, ad impatientiam, ad invidiam, ad amaritudinem animi provocamur, spiritus est nequitie. Quoties verò super castigando corpore, humiliando corde, servandâ virtute, & charitate Fratribus exhibendâ, seu cæteris virtutibus acquirendis, conservandis, amplificandis, salubris cogitatio in mentem versatur, divinus sine dubio spiritus est, qui loquitur, &c.

Huc etiam variæ tentationes, quas refert Richard de S. Viç. Septem, inquit, sunt generatentationum. Prima est importuna: secunda dubia: tertia subita: quarta occulta: quinta violenta: sexta

Speranza Scriptura selecta.

A fraudulenta: septima perplexa. Importuna est, quæ procaciter insistit: dubia, quæ animum ambiguitatis nubilo involuit: subita, quæ judicium rationis prævenit: occulta, quæ deliberationis considerationem præterfugit: violenta, quæ vires mentis transcendit: fraudulenta, quæ animum seducit: perplexa, quæ variis impetit vitiis. Et hi septem tentationum modi possunt esse simplices, & impermixti, & compositi, atque permixti. Ita autem se habent, ut secunda sit gravior tentatio, quàm prima: tertia, quàm secunda: & ita deinceps, quæ sequitur, quàm ea, quæ anteit. Importuna tentationis est, animum semper inquietare, & nunquam quietum permittere: dubia autem tentatio animum exagitare consuevit, & vagum semper, & profugum facit: quid enim aliud timorem nocturnum putamus efficere, quàm animum timidum, & trepidum reddere, ubi nihil timeri oportet, summo horrore concutere? Fugit enim ejusmodi animia, nemine persequente: *Et cum pax sit, semper suscipitur bellum. Job. 15.* Subita tentationis est, animum fauciare, delectationisque jaculo affectum transfigere: Et quid aliud expectari oportet à sagittâ volante? Occulta tentatio ex eâ parte, quâ prævalet, animum semper excæcare solet. in tenebris semper perambulans, & omne negotium suum in tenebris explicans. Violenta tentationis est animum semper violenter opprimere, & funditus enervare. Fraudulenta tentatio animum infatuare solet: Quid namque aliud Daemoniam meridianum faceret, quàm animum infatuare, vel in furorem vertere? Perplexæ tentationis est animum semper dilaniare, dissipare, distrahere. Prima itaque tentatio inquietat, secunda exagitat, tertia vulnerat, quarta excæcat, quinta enervat, sexta infatuat, septima dilaniat.

O quàm verum, perplexa dilaniat! *Nervi testiculorum ejus perplexi, seu implicati sunt.* Ubi Gregor. Perplexis testiculorum nervis ligatus est, qui in quamlibet partem declinet, metuit, ne à transgressionis contagione liber non sit. Alius cuncta, quæ mundi sunt, deserens, atque per

v omnia

Thren. 4.

D. Bern. serm. de 7. spirit.

Spiritus carnis, mundi, demonis, Dei unde dignosci queant.

Richard. de S. Viç. p. 1. in Psal. 90.

omnia frangere proprias voluntates A
quærens, alieno se subdere regimini ap-
petit: sed eum, qui sibi apud Deum præ-
esse debeat, minus cautâ inquisitione dis-
cernit; cui fortasse is, qui sine iudicio eli-
gitur, cum præesse jam cœperit, agi, quæ
Dei sunt, prohibet, quæ mundi sunt, ju-
bet. Pensans itaque vel quæ sit culpa ino-
bedientiæ, vel quod contagium secularis
vitæ, & obedire trepidat, & non obedire B
formidat, ne aut obediens Deum in præ-
ceptis deserat, aut rursû non obediens Deû
in electo Priore contēnat. Perplexis ergo
testiculorum nervis astringitur, quia aut
obtemperans, aut non obtemperans in cul-
pâ ligatur. Alius pensare pondus honoris
ecclesiastici negligens, ad locum regimi-
nis præmiis ascendit: sed quia omne, quod
hic eminet, plus mœroribus afficitur,
quàm honoribus gaudet dum cor tribu-
lationibus premitur, ad memoriam cul-
pæ revocatur, dolētque, se ad laborem
cum culpâ pervenisse, & quàm sit ini-
quum, quod admisit, ex ipsa fractus
difficultate agnoscit. Reum igitur se cum
impensis præmiis agnoscens, vult ad præ-
sublimitatis locum deferere: sed timens,
ne gravius delictum sit suscepti gregis
custodiam reliquisse, vult suscipere gregis
curam gerere, sed formidat, ne deterior
culpa sit. regimina pastoralis gratiæ em-
pta possidere. Per honoris ergo ambitum
ligatum culpa hinc inde se conspicit, unde
Nervi testiculorum ejus perplexi sunt? quia
Behemoth iste ita inexplicabilibus nodis
ligat, ut aliquando mens in dubium ad-
ducta, unde se à culpâ solvere nititur, in-
de culpâ arctius astringatur.

Matth. 4.
Luc. 4.

Ambros.

Chryl. 28. int.
Corinth.

Ad hæc occultissimè videtur tentare,
dum non tentat. Reliquit enim Diabolus,
inquit Matth. sed D. Luc. addit, ad tem-
pus. Recessit ab illo usque ad tempus, q. d. Ne
fidus: quia quam vis illud sit verum, quod
pulchrè dixit Ambrosius Luc. 4. Diabo-
lus instare formidat, quia frequentius re-
fugit triumphari; illud nihilomin⁹ est ve-
rum, quod per se plus tentare intendit,
dum non tentat.

Contra id, quod & quandoque facit,
dum magis tentatum tentat: quod in Jo-
bi tentationibus observat Chrysostom.

Diabolus, inquit, adversus Job non per-
ditis bobus, neque asinis, neque camelis,
neque domo dirutâ, neque filiis ruinâ
obrutis, hac usus est fallacia, (loquitur
de tentatione per uxorem) sed tacer ad-
huc, & sustinet considerata athletæ for-
titudine: sed cum vermium fons seatu-
riebat, & putrida cutis decidebat, & con-
sumptæ carnes sanie graviter foeten-
tem efflabant, & sartagine, & fornacibus,
& omni flamma miserius cum Diaboli
manus consumebat, fera omniter delius
undique ejus corpus devorans, cum diu-
tius is esset hæc calamitate confectus,
tunc uxorem subornat: nam si in calami-
tatis principio accessisset, non sanè eum
invenisset ita enervatum, neque ita pos-
set exprobrare calamitatem, & tantâ lo-
qui audaciâ: nunc autem cum videt ob-
temporis longitudinem, & sanitatis quàm
cupidissimum, & malorum finem majore
in modum desiderantem, tunc accedit,
& ait: Quousque consumeris? Gra-
vis Rhetor ad decipiendum eos, qui in-
consultiores sunt. Quid igitur hic Beatus?
Adamante fortior.

Totam vim suam tentator habet in at-
te, quæ ubi detecta fuerit, nulla est. Ca-
pite nobis vulpes parvulas, quæ, &c. Ubi Ber-
nard, Juber, inquit, deprehendi, convin-
ci, prodi. Alia vitia quæ aperte se ingerunt,
coercenda sunt: Hæc vero subriles hostis
astutiæ, ut declinentur, satis est, si agno-
scantur. Quis enim nisi demens, com-
perta decipula, sciens, & prudens pedem
mittit in illam? &c. Frustra jacitur rete ante
oculos pennatorum, &c.

Hinc & piscator dicitur: Facies homines
quasi pisces maris, totum in hamo suble-
vit, traxit illud in sagena sua, congregavit in
rete suam. Alios hamo esse cuncto capit:
alios sagena (sagena cor ejus) affectione illâ
primâ fronte spiritali, &c. alios reti, lu-
cro, &c. Piscator quos hamo non capit,
capit sagena, & quos non potest sagena,
reti capit, &c.

At jam ex miserabili historia, sed vera,
tentatoris astus, ac versutias detegamus.

Quidam secularis erat adolescens ha-
bens patrem, & desiderabat fieri Mona-
chus: Et dum multum supplicaret patri,
ut

ur dimitteret eum converti, non acquiescebat; postmodum rogatus à fidelibus amicis, vix acquieuit. Egressus Frater, introivit Monasterium, & factus Monachus, cepit omne opus Monasterii perfectè perficere, & jejunare quotidie. Cœpit etiam, & biduo abstinere: similiter autem semel in hebdomada reficere. Videbat eum Abbas, mirabatur, & benedicebat Dominum in abstinentia, & labore ipsius. Contigit autem post aliquod tempus, cepit Frater ipse supplicare Abbati suo, dicens: Rogo te, Abba, ut dimittas me, & vadam in eremum. Dixit ei Abbas: Fili, noli hoc cogitare, non potest sufferre talem laborem propter tentationes Diaboli, & versutias ejus: Et si contrigerit tibi tentatio, non invenies ibi, qui te consoletur à perturbatione inimici, quæ tibi illata fuerit. Ille autem cepit amplius rogare, ut eum permitteret abire. Videns autem Abbas ejus, quia eum retinere non poterat, factâ oratione, dimisit eum, qui eremum perveniens, ac respiciens, vidit arbores palmatarum, & fontem aquæ, & speluncam, & dixit: Ecce locus, quem mihi paravit Dominus. Et ingressus cepit sedere in eo sumens cibum dactylorum, & de fonte aquæ bibens, & fecit ibidem annos sex, neminem videns.

Diabolus ut etiam bona suadendo, Monachum à cella extrahit.

Ecce una die venit ad eum Diabolus in similitudine cujusdam Abbatis senioris, habens vultum terribilem. Videns autem eum Frater ille, timuit, & præcogens in oratione, surrexit: & dicit ei Diabolus. Oremus iterum Frater. Et cum surrexisset, dixit Diabolus: Quantum temporis habes hic? Et respondit: Habeo sex annos. Dicit ei Dæmon: Ecce te vicinum habui, & non posui cognoscere, nisi ante dies quatuor, quod hic habitares, & ego non longius à te habeo Monasterium, & ecce anni sunt undecim, quod de Monasterio non exivi, nisi hodie, quia cognovi, quod hic mihi in vicinio habitares, & cogitavi tecum, dicens: Vadam ad hominem Dei istum, & cum eo conferam, quod potest prodesse salutis animæ meæ. Et hoc dico Frater, quia nihil proficimus, sedentes in cellis istis, quia Corpus,

A & Sanguinem Christi non percipimus, & timeo, ne efficiamur exteri ab eo, si nos ab hoc mysterio elongaverimus. Sed tibi dico, Frater, ecce hinc tribus milliaribus est Monasterium habens Presbyterum: Eamus ergo Dominico die, aut post duas hebdomadas, & accipiamus Corpus, & Sanguinem Christi, & revertamur ad cellas. Placuit Fratri illa suggestio, & veniente die Dominico, ecce Diabolus venit, & dicit: Veniamus, quia hora est. Et exeuntes perrexerunt ad dictum Monasterium ubi ille Presbyter erat, & ingressi Monasterium, miserunt se in orationem, & exurgens ab oratione Frater ille, respiciens, non invenit, qui adduxerat eum. Et dixit: Quod putas perrexit? Num ad commune necessarium ambulavit? Et cum diu sustineret, non venit: postmodum autem exiens foras, requirebat eum; & cum non reperisset, dixit ad Fratres loci illius, rogans eos: Ubi est Abbas senex ille, qui mecum ingressus est in Ecclesiam? Et dicunt eis: Nos neminem vidimus alium, nisi te tantum. Tunc cognovit Frater ille, quia Dæmon fuisset, & dixit: Cum quâ argutiâ Diabolus ejecit me de cella? Sed tamen non pœnitet me, quia ad opus bonum veni, percipio corpus, & Sanguinem Christi, & sic revertar in cellam meam.

Post Missas volentem reverti tenuit eum Abbas Monasterii illius dicens: Nisi refeceris, non dimittemus te. Et cum percepisset cibum, & regredi veller in cellam suam, ecce iterum venit Diabolus in similitudine cujusdam juvenis secularis, & cepit eum respicere à summo capite usque ad pedes, & dicere: Ipse est iste, non hic. Et cepit eum considerare, & dixit ei Frater: Quem sic respicis? At ille ait: Puto, non me cognoscis? Tamen post tantum temporis me debes cognoscere. Ego sum vicinus patris tui, filius illius. Quomodo autem? Non est dictus pater tuus tali nomine? Et mater tua tale nomen non habuit? Et tu sic non vocaris? Et mancipia illa, & illa, sic non sunt dicta? Mater verò tua, & soror tua ante

Vi deceptum primo, decipit etiam secundò.

tres annos mortua sunt. Pater autem tuus modo defunctus, & te fecit heredem, dicens: Cui habeo dimittere substantiam meam, nisi filio meo, viro sancto, qui reliquit seculum, & abiit post Deum? Ipsi dimitto omnia bona mea. Modò autem, qui timet Deum, & scit, ubi est, dicat, & veniens distrahat, & erogat pauperibus pro animâ meâ, & suâ. Et perrexerunt multi requirentes te, & minime invenerunt. Ego autem veniens ex occasione propter quoddam opus, te hic cognovi esse. Unde non facias moras, sed veni, & vende omnia, & fac secundum voluntatem patris tui.

*Cont. 2.
Bern. ibid.*

Ut à longè versutiaram telam orditus est! *Capite, capite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas.* Bernard. Vulpes tentationes sunt. Porro tentationes diversæ sunt pro temporum diversitate. Et initiis quidem nostris, tanquam novellarum teneris floribus plantationum, in evidenti vis alboris incumbit, cuius meminimus in sermone altero, & incipientes ab hac peste cautos reddidimus. Jam verò proficientium sanctorum studis minime quidem sese opponere contrariæ virtutes aperte audent, sed solent ex occulto insidiari, quasi quædam fraudulentæ vulpeculæ, specie quidem virtutes, re autem vitia. Quantos, verbi gratia, ingressos vias vitæ, progressos ad meliora super semitas justitiæ, benè, securèque proficientes, fraudè (proh pudor!) vulpium harum turpiter supplantatos expertus sum, & serò in se virtutum suffocatos plangere fructus? Vidi ego hominem, currentem benè, & ecce cogitatio (quidni vulpecula fuit?) Quantum, inquit, bonam, quo solus fruor? Si essem in patriâ, possem utiq; impartiri fratribus, & cognatis nostris, & amicis. Amant me, & facile acquiescerent suadenti. *Vi quid perditio hæc?* Vado illuc, & salvo multos ex illis, & me pariter. Nec verendum in loci mutatione. Etenim dum bonè faciam, quid interest, ubi, nisi quoddam illic præcul dubio, satius, ubi fructuosius degam? Quid plura? It, & perit miser, non tam exul ad patriam, quam canis reversus ad vomitum, & se perdit infelix, & suorum

A acquisivit neminem. En una vulpecula, ista videlicet frustratoria spes, quam habuit in acquisitione suorum. Potes tu quoque per te ipsum, in te ipso alias, atque alias similes huic invenire, seu advertere, si non negligas.

Tentationibus merâ voluntate succumbimus.

PVNCTVM XXXVI.

IN omnibus tentationibus, quibus Servatorem nostrum tentator aggressus est, apparet quidem magna audacia: vis autem parva; non enim video hic nisi suggestionem: *Dic, adora me, mitte te deorsum.* Nullam hic video violentiam. Cur saltem digito non impellis, ut cadat? Ah! facultatem non habet, inquit D. Hier. Persuadere potest, præcipitare non potest. Non intendit miser, nisi Dei offensam. Si præcipitaret, corpus offenderet, non animam, ut verò animam præcipiter, suggestione ingrediatur oportet, ut scilicet volens, ac libens anima ipsa præceps ruat.

*Matth. 4.
Tentationibus volentes succumbimus.*

Dic egit cum primis parentibus, quos præcipientes se dare ex altitudine status suavit, non ipse impulit, & c. Et sicut hinc fati apparet debilitas inimici, qui, ut ait Bernard. non vicit nisi volentem, sic apparet debilitas excusationis nostræ, cum nostra peccata damus tentationi.

Gen. 3.

Bernard.

Quid est, quoddam Gigas ille horribilis non irruit in David, non eum oppressit, non dilaceravit ac nec tetigit quidem, sed stetit, & ad singulare certamen solum laecessit? Alligatus est fortis, inquit *Aug. ser. 197. de temp.* gustin alligatus est Diabolus. Sed dicet aliquis: Si alligatus est, quare adhuc tantum prævalet? Verum est, Fratres charissimi quia multum prævalet, sed tepidis, & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus domiatur. Alligatus est enim tanquam innexus canis accatensis, & neminem potest mordere, nisi dentes mordet eum, qui se illi mortiferâ securitate conjunxit.

1. Reg. 17.

D. Aug. ser. 197. de temp.

Demon alligatus solos accatensis, & neminem potest mordere, nisi dentes mordet eum, qui se illi mortiferâ securitate conjunxit.

junxerit. Jam videte, Fratres, quam stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet: tu te illi per voluptates, & cupiditates sæculi noli conjungere, & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem: non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit.

Peccatum nascitur ex voluntate: adeo enim voluntarium est, ut idem ait Augustinus, ut si voluntarium non sit, peccatum non sit. Obfirmate voluntatem, nec est, quod timeatis. Subeat memoriæ Samson, de quo jam toties dictum est. Ligat eum quoquo modo vultis, funibus, nervis, &c. semper Samson, Hebr. qui vim non patitur: donec etenim noluit, nec exercitus Philisthæorum in eum prævaluerunt: sed mox ut dedie manus, ut captus amore posuit voluntatem in sinu Dalilæ, miser perit. Omnes Samsones sumus, Fratres: vim non patimur: arbitrium cogi nequit: si nolimus, Infernus totus prævalere non poterit.

Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum, quia neque vita, neque mors, &c. neque Angeli, neque Principatus, neque potestates, neque altitudo, neque profundum. D. Thomas per Angelos, Principatus, & Potestates, Principes tenebrarum intelligit, per profundum, Infernum, &c. quasi diceret: Nihil me à Christo, nisi meamer voluntas separare potest.

Notate hoc loco non dici, liberam arbitrium ex se, suisque solis viribus, sed à gratia adjurum posse omnes tentationes respicere. Probat id fusè Vasquez ex Scripturis, Patribus, & Conciliis: At gratia semper adest.

Exclamabat Paulus: Infelix ego homo, &c. non qui eo sentiret, sed quia sentiret, &c. Et alibi: Datus est mihi stimulus carnis mee, ad premendam superbiam, inquit D. Hieron qui eum colaphizabat, ac divexabat die, ac nocte: Stimulus carnis: Sudes, legit. Tertull. hoc est, palus præcecutus, spiculum, aculeus. Stimulus carnis mee, Græc. Carnis mee videlicet impressus, & infixus. Syrus, Stimulus in carne mea. O

tormentum, quo animæ Dei amanti gravius nihil! Unde pluries rogavit: Domine, aufer à me, &c. *Ut auferretur à me: Græc. Ut desisteret, nam nunquam cessabat, &c. Cui Dominus: Sufficit tibi, o Paule, gratia mea.*

Hoc & supra: Sed in his omnibus superamus, Græcè: Supervincimus, plusquam victores sumus propter eum. Syriacè, per eum, id est, per auxilium gratiæ Christi.

Idem ad Corinth. Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Græc. Facit evasionem. Alii. Alij. Eventum: ut possitis sustinere, proprie ex Græco, ita sustinere, ut super sint adhuc vires ad plus aliquid sustinendum. Semper adest gratia: adsit, adsit voluntas. Majorémne vos tentationem patimini, quam passus sit castissimus ille juvenis, qui colligatus, & ab impudicissimâ meretrice contractatus, exoscularus, præcisam mortu linguam inosculantis se faciem expuit?

Narrat Hieronymus & istud, & hoc de Malchō Monacho captivo, qui eum fuisset compulsus esse cum muliere, quacum captivus factus est, idemmet postea ad Hieronymum: Vos narrate posteris, ut sciant inter gladios & inter desertas, & bestias pudicitiam nunquam esse captivam, & hominem Christo deditum posse mori, non posse superari.

Ita est, Fratres, ita profectò est. Ex hoc corpore nunquam me pellerè poteritis (dixerunt Dæmones ex ore puellæ, quæ Sancti Vincentii Ferrerii amore capta, impudicissimè ad se se prostituendam dum in lecto decumberet, ante castissimos ejus oculos totam se extemplo nudaverat) nisi huc venerit ille, qui in medio ignis positus, non potuit igne comburi.

Sic & Sanctissimus P. Philippus in perisimili tentatione positus, ex immisso è gradibus scamno ab impudicâ illâ potuisset quidem mori, non potuit superari. Sed ad Scripturam revertamur.

Sancti illius Eleazari tentatio redeat in memoriâ, de quo dicitur, quòd aperto ore compellebatur carnem manducare, non solum scilicet persuasioneibus, sed ipsius oris etiam aperitione, ac vi compellebant illum manducare carnem,

Indic. 6. Hebr.

Samsonem sola sua voluntas perdidit.

Rom. 8.

D. Thom. ibid.

Vasq. 1.2. disp. 189.

Rom. 7.

2. Cor. 12.

Tertull. lib. de Sudes, legit. Tertull. hoc est, palus præcecutus, spiculum, aculeus. Stimulus carnis mee, Græc. Carnis mee videlicet impressus, & infixus. Syrus, Stimulus in carne mea. O

Græc.

Rom. 8. Græc. Syriac.

1. Cor. 10. 13.

Græc. Alij.

D. Hier. in Vita Pauli.

Item in Vita ejusdem Malci.

Sur. in Vit. 1. c. 12.

Bac. in Vita.

1. Mach. 6.

nimirum in os ejus violenter apertum conjiciebant, quod manducaret. At ille: *Non faciam, inquit, non faciam, non manducabo.* Sicque in pestem carnem expuebat.

Voluntas efficax, ac verè deliberata cum Dei gratiâ omnes vincit tentationes. Ignavi est tentationes adeo formidare, ut impossibile putet resistere, unde mox ille cedit ac succumbit. De quibusdam, visa bestia simili pardo cum pedibus urfi, & ore leonis dicitur, quod mox adoraverunt bestiam dicentes: *Quis similis bestia? Et quis poterit pugnare cum ea?* At quoniam hi meticulosi fuisse dicuntur? *Quorum, inquit, non sunt scripta nomina in libro vite Agni.* Hi cum offendunt in gravem aliquam tentationem, viribus, & animo consternati, tentationi succumbunt, seque excusant: *Quis resistere potest? Quis pugnet cum bestia? Vox nebulozum est.* Neque oblectari, resistere non valeo. Ille impotens iræ se excusat: sic me aggreditur iræ, ut resistere nequeam. *Quis poterit pugnare cum bestia? Quis leonem hunc frangere potest? Ille visus sensualitatis urso, bestiam adoravit, &c.* *Hic, hic,* subdit D. Joan. *est patientia, & fides Sanctorum,* Tentatio nimirum est lapis Lydius ad comprobandam patientiam, ac fidem.

De justo inquit D. Joannes: *Non peccat, neque peccare potest.* Quid hoc sibi vult? Impeccabilisne est? Non certè ex se, sed unde? *Quia semen Dei manet in eo,* gratia scilicet, cui ipse cooperatur, quia sic resistit, ut omnes tentationes vincat, ut in hoc sensu, nimirum composito, ut schola loquitur, fiat impeccabilis. Sic Augustinus. *Qua gratia sunt filii Dei, non utique peccant: ut sic, & formaliter addit Cajet. neque peccare possunt, intellige, de potentia dispositâ, & propinquâ, non remotâ.*

Nos ergo, Fratres, non excusemus, sed intelligamus, nos ob id peccare, quia volumus, si enim non vellemus, non peccaremus. *Hic est patientia, & fides Sanctorum,* hoc est, fidelitas Sanctorum. Ut fideles in tentationibus Sancti? Job tor-

A occasionibus, impatientiæque irritamentis, impertinentissima uxore, relicta arte Djaboli ad impatientiam, &c. ut ne *Stultum quid contra Deum locutus est!* Tobias item in summa afflictione cæcitatatis, ut toleravit uxorem Monica mater D. Augustini, ut toleravit maritum! Sancti non secus ac nos tentati, immo acrius nobis, sed fortiores, sed constantiores, sed fideliores nobis fuerunt.

B *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis.* Tribuit hoc auxilium Apostolus fidelitati Dei: Cum enim in Baptismo nomen dederimus militiæ Filii sui contra mundum, Diabolum, carnem, promisit ille nobis auxilium, quo dimicaremus, ac vincere possemus tentationes omnes, quasi diceret: *Eia nunc milites, cum tempus aderit, pugnetis: ego vobis semper adero semper auxilium præstabo, idque spondeo Fidelis Deus, &c.*

Hinc Tertullian. Orig. & Chrysostr. Deum appellant, agonotherem, quia mensuret luctantium vires, nec permittat Diabolum excedere, &c.

Ut propterea accurrat Deus, cum quis ob vehementem tentationem est in periculo delinquendi: *Exod. 3. Vidi afflictionem populi mei.* Unde infra gemebundi: *Palea non dantur nobis, injustè agitur contra populum tuum.* Chald. *Peccat super eos populus tuus.* Alii: *En peccatum populi tui: quasi dicerent: Tanta nos premit afflictio, ut faciat proximos peccato.* Mox ait Dominus: *Descendi, ut liberem &c.* Moxque *Græc. Moysen vocat: Veni nunc, mittam te ad Pharaonem, & nunc videbis, &c.* Sic, sic 1 Cor. 10. opportune adest, & dum crescit tentatio, Gag. & crescit auxilium, quod est: *Faciet cum tentatione proventum, ex Gagaxio, id est, fortes, & ferre valentes; & Cajetano, non solum non sinet nos tentari supra vires, sed adjiciet hoc, quod faciet cum tentatione eventum, ut possitis sufferre, hoc est, sed adjuvabit, ut possitis sufferre tentationem.*

Sed credite, Fratres, infirmatus modò Diabolus est. *Qui fecit eum, applicuit gladium ejus.* Ligavit ei, scilicet, gladium in vaginâ: unde rabi- dº pro suo arbitrato evaginare nõ potest. *Inermis*

Diabolus infirmatus Job. 40.

Apoc. 13,

1. Ion. 3.

D. Aug. contra duas ep. Pelag. lib. 3. c. 3. Cajetan. in 1. Ion. 3.

1. Cor. 10.

Exod. 5. Chald. Alij.

Cajet. ibid.

Inermis est, à Christo Domino exarmatus. *Expolians principatus, & potestates, traduxit confiscenter palam, triumphans illos in semetipso.* In cuius rei typum, postquam David cepit urbem *Rabbā*, quod est Hebraicè, *jugium*, sive *impugnatio*, tulit *diademā Regis eorum de capite ejus*; velur habetur *1. Paralip. 20.* Tulit *cōronam Melchom* (quod est, *consiliator eorum*.) *de capite ejus, fecitque sibi inde diademā.*

Nec solum diademate, sed etiam seepetro Diabolum spoliavit. *Jugum enim oneris ejus, & virgam humeri ejus, & sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian.* Ibi Hieron. Tu, Domine, atque Salvator, jugum oneris ejus, id est, Diaboli, qui prius exultabat in mundo, qui cunctis gentibus imperabat, qui gravissimo servitutis jugo colla omnium deprimebat, & virgam, quā percutiebat universos, & peccata sibi quasi quoddam tributum reddere compellebat, detraxisti.

Sic in vitus ex D. Antonio apud Athanasium fatebatur: *Inimici defecerunt framae in sinem, & civitates eorum destruxisti.* Ea nullum habeo locum, nullam possideo civitatem, nam mihi nulla sunt arma, & c. Quin ea in caput ipsius à Christo Domino retorta sunt. Unde *Vatab.* ubi nos legimus: *Maledixisti sceptris ejus, transfert ex Heb. Perforasti baculos suis caput ejus.* Et rem explicans, subdit: *Peremisti, perinde atque si propriis telis perforasses caput ejus.*

Hinc vulneratus, exanimisque jacet, veluti idolum illud ante Arcam, de quo primo Reg. *Caput autem Dagon, & dua palma manuum ejus, abscissa erant super limen.* Vel ut habent *Septuaginta* in Bibliis regius, & *Complutensis* bus: *Caput Dagon, & ambo vestigia pedum ejus, abscissa super anteriora liminum, & amba junctura manuum ejus jacentes super limen.* Quod nimirum, qui antea circumibat terram, & deambulabat eam, nunc minimè moveatur, abscissisque manibus inermis, mutilatus, inutilisque jaceat. *Confractus est Bel, contritus est Nabo, seu ut habent Septuag. Contritus est Dagon, non solum videlicet collapsus: sed etiam, ut ait August. deformiter confractus, nimirum in centum partes, ut ait author Mirabil. Scip. vel*

A inventus est diffractis omnibus membris, ut inquit Eucherius. O confusum! & impotentem!

Hanc Diaboli imbecillitatem prævidens Propheta *Quomodo, aiebat, confractus est, contritus malleus unius versa terra?* Quam sententiam elucidans Origen. Christus, inquit, confrigit malleum in deserto cum tentatus Dæmonem prostravit: contrivit autem penitus in passione. Hinc alius: *Egredietur Diabolus ante pedes ejus; seu ut alii transferunt. Egredietur pruna, seu carbo ignitus, seu fulgur ante pedes ejus.* vel ex Heb. uti transfert Symmac. Theodotio, & Quinta Editio: *Egredietur volucris ante pedes ejus.* Quod nimirum, ubi primum Christus Dominus pedes suos Cruci affigi passus est, statim Diabolus pedes suos in fugam solvit, immò potius quodammodo alas assumpsit, ut fugam celerius maturaret. Quod etiam *Isaias* prævidit, dum juxta *Sept.* Diabolum serpentem fugientem appellavit. *Visitabit Dominus super Leviathan, serpentem volentem.* *Sept. Visitabit Dominus super Leviathan, serpentem fugientem.* Ridendus itaque, ac illudendus.

Id quod sibi volebat David: *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei; hoc est, ait August. ut homines ei illudant, & insultent.* Illud Draconi, subdit Sanctus, ad hoc enim factus est Draco. In hoc sensu interpretatur Hieron. illud *Job: Nunquid illudes ei quasi avi? aut ligabis eum ancillis tuis?* seu ut transferunt *Sept. Ligabis eum, tanquam passerem pueri?* quod etiam *Isa. ait: Delectabitur infans super foramine aspidis, & in caverna reguli, qui ablatus fuerit, mittere manum suam.* Itaque illudere ei possumus, & ligare tanquam passerem, si simplices fuerimus, pueri rationabiles sine dolo. Et hinc eorum confusio, qui non ligant eum ut passerem, sed ipsi potius per occasiones ligantur, Dæmonibus effecti ludibrio, &c.

Et certe Diabolus, ut etiam D. Antonius aiebat, hamo Crucis, ut Draco aduncatus à Domino est: capistro ligatus, ut jumentum: & quasi mancipium fugitivum, vinculus circulo, & armilla labia perforat, nullum omninò fidelium devorare permittitur. Nunc miserabilis, ut passer, ad

Jerem. 50. Orig. hom. 3. in Jerem.

Habac. 3. Alij.

Symmac. Theod. Quint. Edit.

Isa 27. Sept.

Psal. 103. D. Aug. ibid.

Job. 40. D. Hier. ibid. Sept.

D. Athan. in Vita Anson.

ad ludum irretitus à Christo est, nunc co-
mites suos, quasi scorpiones, & serpentes
calcaneo Christianorū substratos gemit.
Ille, qui universa maria à se delecta plu-
debat, ille, qui orbem terrarum manu sua
teneri pollicebatur, ecce à vobis vincitur,
& me adversum se prohibere non potest
disputantem. Contemnenda est, filioli, pe-
nitus cum inanibus verbis superba jactā-
tia. Fulgor ille, qui lucere se simulat, non
veri splendor est luminis, sed quibus arsu-
rus est, indicat flammam: nam dicto citius
recedens, suarum secum referat simulacra
pœnarum.

Et infra Diabolum alloquens: Contra
te, inquit, nobis est securacōgressio, quia
infirmitas es à Domino. Ideo tuis confo-
deris jaculis, quia minationem tuam non
sequitur effectus. Quod si fallimur, cur
cum terrore simulato, cur magnitudine
corporum nostram aggredieris fidem? Si
voluntatem sequitur possibilitas, tantum
tibi velle sufficiat: is enim potentiae mos
est, non extranea fallacie adjuncta con-
quire, sed sua virtute implere, quod cu-
piat. At nunc dum theatri mutatione
formarum, quasi rudem infantia scenica
niteris simulatione deludere, exhaustas
vires manifestius probas. Nunquidnam
verus ille Angelus contra Assyrios missus
à Domino, aut populorum eguit lo-
ieta-
te, aut sonitus quasi sivit, aut plausus: & nō
potius tacitam exereens potestatem, cen-
tam octogintaquinque millia hominum
sermone velocius, juxta jubentis Domini
prostravit imperium? Vos ergo, cum fra-
giles sitis viribus, perpetuus vos conse-
quitur interitus.

Iob. 1.

At dicit aliquis: Cur Diabulus egre-
diens, Beati Job omnem in ruinam impu-
lit domum? Cur ejus operibus, penitus dissi-
patis, parietum quoque fundamenta sub-
vertens, unum numerosa Jobolis coacer-
vavit sepulcrum? Cur ipsum ad extremū
diti vulneris novitate percussit? Qui hoc
opponit, audiat è diverso, non Diabolum
potuisse hoc, sed Dominiū, à quo potestas
adversū nos dupliciter datur: vel ad glo-
riam, si probamur, vel ad pœnam, si delin-
quim⁹. Quin pot⁹ ex hoc animadvertat,
ne contra unum quidē hominem Diabolū

A quidquam potuisse, si non potestate acce-
pisset à Domino: nullus n. quod suar ditiō-
nis est, ab alio deprecatur. Sed quid Job
memoro quem nec experitum potuit vin-
cere? Sed nec contra jumenta quidem ej⁹,
nec contra oves sine concessu Dei propriū
robur exercuit. Sic etiā in Evangelio scri-
ptum est: *Damones autem rogabant eum, di-
centes: Si ejicias nos hinc, mitte nos in gregem
porcorum.* Quomodo igitur, qui porco-
rum expectant mortes, imaginem Dei ho-
minem, & tam charum conditori animal
suo valebunt jure pervertere?

Matth. 8.

Magna dilectissimi, adversum Dæmo-
nes arma sunt, vita sincera, & intemerata
ad Deum fides. Credite mihi experto, per-
timefcit Satanas rectè vivētium vigiliis,
orationes, jejunia, mansuetudinē, volun-
tariam paupertatē, vanā gloriā contem-
prum, humilitatem, misericordiā, irā do-
minatum, & præcipue purum cor erga
Christi amorē. Novit teterrimus coluber,
ex præcepto Domini sub iustorum se ja-
cere vestigiis qui ait: *Eccce dedi vobis pote-
statem calcare super serpentes, & scorpiones, &
super omnes virtutem inimici.*

Luc. 10.

Testis sit virguncula illa Juliana, quæ
Diabolum alligatum, & ejulantem per
plateas trahebat.

Metaph. apud
Surv. tom. 1.
16. Februar.
Apoc. 20.

Ligatus est ad mille annos. *Vidi Angelū
descendentem de celo, habentem claves abyssi,
& catenam magnam in manu sua, & apprehen-
dit Draconem serpentem antiquum, qui est
Diabulus, & Saranas, & ligavit eum per an-
nos mille, & misit in abyssum, & conclusit, &
signavit super eum. Per mille annos D. Au-
gust. & Greg. intelligunt totam hanc vi-
tam, ligatus est in abyssō est, &c.*

Idem in epist. *Vos ex Deo estis, filioli, &
vicistis eum, (hoc est, vincere potestis, si
vultis.) vicistis eum, quia major est, quod in
vobis est (spiritus per gratiam inhabitans)
quam qui in mundo, &c.*

Hostis debilitatem inde educit Chryl. *Chryl. ser. 97.
Dum autem dormirent homines, &c. Maxi-
mæ, inquit, infirmitatis indicium dormien-
tib. irruisse. Insidiator in noctibus latitat,
in diebus vigilantes fugit, appetit, dormi-
entes, &c. Hinc juxta Sept. dicitur Myr-
micoleon, hoc est, leo, & formica: leo ete-
nim est pavidus, ac fortibus formica.*

Iob. 14. 144.
Sept.

De

De remediis contra tentationes.

PUNCTUM XXVII.

Signum Crucis. In fronte Goliath percussus; In fronte, inquit Aug. ubi Crucis signaculum non habebat.

Super montem caliginosum, (Diabolum montem per superbiam, caliginosum per suggestionis caliginem, quam menti infert) levate signum (Crucis.)

Parvebit Assur (Heb. insidians) virga percussus.

Leva clypeum contra Hai. Alij. extendetulum, id est hastam, contra Hai Chryf. Si Crucem faciei tuæ impresseris, nullus sceleratorum Dæmonum, cum hastam videat, qua lethale vulnus suscepit, congreddi tecum audebit.

¶ Sacra Scriptura. Samson mandibula (Scripturæ symbolo) profigavit exercitum.

¶ Non disputare cum tentatione, & tentatore. Cur præcepit vobis Deus? Heb. & Chald. Verumne est, quod dixit? Nequaquam, &c. Actum est. Serpens, inquit Bernard. non fortior erat, sed callidior eua. His animantibus terra. Unde & ab interrogacione incipit, meatem mulieris explorans, sciens ingenio non viribus laborandum. Cur præcepit vobis Dominus Deus, inquiens, ne comederetis de ligno scientia boni, & mali? Quæ respondit: Ne forte moriamur. Quod Deus pro certo posuerat, ista sub dubio supponit. Et audi ingenium, malitiamq; serpentis: Nequaquam, inquit, moriamini. Deus affirmat, mulier debitar, Satã negat: nõ oportet disputare.

¶ Oratio. Orate, ne intretis in tentationem. Ubi Chrysol. In tentationem vadit, qui ad orationem non vadit.

¶ Pœnitentia, humilitas, & oratio. Sicut turbines ab Africo veniunt, & de deserto vastitas venit, de terra horribili visio dura nunciata est mihi. Ad hæc verba D. Ant. Patav. In turbine, Diaboli suggestio: in vastitate, cupiditas: in visione dura carnis tentatio intelligitur. Quod fugiendum? Speranza Scriptura selecta.

A Quid agendum? Audi: Propterea à lumbi mei repleti sunt dolore, & angustia possedit me. Pœnitenti, cum visio dura nunciatur de terra horribili, lumbi ejus replentur dolore, nõ delectatione: Sequitur: Corruui, cum audirem, conturbatus sum, cum viderem, emarcuit cor meum, tenebra stupefecerunt me. Vir justus, cum audit Diaboli suggestiones, statim debet corruiere in oratione, quia hoc genus Dæmoniorum non ejicitur, nisi per orationem, & jejunium. Conturbatus sum, cum viderem vastationẽ cupiditatis mundanæ venientem. Et bene dicit: Conturbatus sum. Viro enim justo cum aliqua temporalium cupiditas vult arridere, ipse statim debet habere conturbatum animum, & vultum, ne eis arrideat. Et emarcuit cor meum ab humore luxuriæ. Tenebra mortis æternæ stupefecerunt me, cum de terrâ horribili visio dura nunciata est mihi: sicut enim clavis clavum ejicit: sic timor gehennæ delectationem luxuriæ. Tenebra mortis æternæ stupefecerunt me.

B ¶ Duodecim ex Hugone Carenfi tentationum remedia, qui dum ad illa verba Ecclesiastis, Melior est sapientia, quàm arma bellica; duodecim quorundam stultitias in bello spiritali ostendit, toridem tentationum remedia docet. Melior est sapientia, quàm arma bellica. Quod (inquit Hugo) etiam in bello spiritali verum est. Multi enim habeat bellica arma id est, virtutes, quarum aliæ sunt arma protectionis, ut humilitas, patientia, mansuetudo, aliæ impugnationis, ut disciplina, quæ jejuniis, vigiliis, cæterisque hujusmodi disciplinis carnem impugnat, pietas, quæ elemosynis, velut lapidibus, Diabolum obruit, amor paupertatis, quæ contemptu, veluti gladio acutissimo, mundum interficit: multi habent hæc arma, qui tamen aliquando in bellis spiritalibus succumbunt propter insipientiam, quæ multiplex est.

C ¶ Prima est, quando arma nimis onerosa sunt, & supra vires, ita quod non sufficiunt ad portandum, ut sunt nimia pœnitentia, nimia vigilia, nimia disciplina, nimia abstinentia, & hujusmodi, quæ certandi strenuitatem magis impediunt. Propter quod, & David recusavit arma Saülis.

D ¶ Secunda est, quando arma nimis impropria sunt, ut sunt nimia oratio, nimia abstinentia, nimia disciplina, quæ certandi strenuitatem magis impediunt. Propter quod, & David recusavit arma Saülis.

E ¶ Tercia est, quando arma nimis impropria sunt, ut sunt nimia oratio, nimia abstinentia, nimia disciplina, quæ certandi strenuitatem magis impediunt. Propter quod, & David recusavit arma Saülis.

X Secunda

1. Reg. 17.

D. August.

Isa. 13.

Crucis signum pellit tentationes.

Isa. 30.

Ios. 8.

Alij.

Chrysof.

hom. 55. in

Matth.

Judic. 16.

Genes. 3.

Hebr.

Bern. in ser. de quadr. de bito.

Cum demone non disputandum.

Matth. 26.

Chryf. serm.

43.

Isa. 21.

Oratione pellitur tentatio. Pœnitentia item, & humilitas.

Ecc. 9.

Hugo Carenf.

ibid.

Bellum spiri-

tuale infelici-

ter geritur

duodecim de

causis.

Prima, armo-

rum nimium

omni.

Secunda, armorum sera provisio.

Ecl. 2.

Tertia, inconsulta munitio ab eâ parte, ubi nullum periculum.

Quarta, hostis parvuli & infirmi contemptio.

Secunda insipientia est, cum ante pugnam non se armant, sed tunc primum arma protectionis arripiunt, cum jam fuerint vulnerati, & sunt eis arma oneri, quæ prius fuissent defensionis. Verbi gratia, cum jam fuerint prostrati gladio detractionis, tunc primum volunt accipere clypeum humilitatis, vel patientiæ, tunc primum consilia querunt, quibus hæc jacula repellere possint. Ante faciendum est. Unde dictum est: *Fili, accedens ad servitium Dei, &c.*

Tertia insipientia est, quia ab illâ parte quâ major, & periculosior eis conflictus imminet, protegere se negligunt, & alibi, ubi nullus conflictus est, nullum periculum, omni sollicitudine se muniunt, tanquam eis nullum aliud periculum immineret. Verbi gratia, cum infestat spiritus luxuriæ, currunt ad eleemosynas, & orationes, quibus se muniunt; jejunia verò, & vigiliis, & peregrinationes, & hujusmodi, quibus maximè luxuriæ spiritus expugnatur, cum eis injunguntur, nullo modo recipere volunt: & ita contra luxuriam se muniunt armis, quibus contra alia pugnatur. Similiter avarus, cum largitione eleemosynarum posset expugnare spiritum avaritiæ, qui eum impugnat, omnino largiri non curat, sed bene jejunaret, & oraret. Similiter superbus frequenti usu humilitatis posset expugnare adversarium suum, & ipse lavare pedes fratribus, viliores habere habitum, ultimus sedere, vilius comedere, opprobria sustinere, omnino non curat; & tamen querit consilium, qualiter posset adversarium suum superare. Et in hoc consilio dando sæpe decipiuntur. Confessores aliqui, qui arma, & medicamenta morborum spiritualium, vel commiserunt, vel permittunt, & ideo pereunt in manibus eorum.

Quarta insipientia est, quia differimus hostem percutere, dum parvulus est, & infirmus, & debilis: quia tunc de facili potest occidi. Parvulus est hostis in primo motu, debilis, quando adhuc est in sola cogitatione: infirmus etiam est, quando nondum exhibuimus membra nostra arma iniquitatis peccato, ut legitur; id est, quando peccatum nondum venit ad

opus. Occidendus est ergo hostis, dum parvulus, & debilis, & inermis est, ne postea fortior nobis efficiatur. Unde *Cant. 2. Sponsa: Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas.* Et *Psalmista: Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram.*

Quinta stultitia est, quod statim ubi congressus imminet, & jacula præsentimus, prorsus arma nostra rejicimus, quibus poteramus nos tueri. Verbi gratia, cum jaculum detractionis, aut contumeliæ aliquis in nos jaculaverit: statim patientiam, & humilitatem, quæ velut clypeus opponenda fuerant, abjicimus. Unde *Philosophia dixit Boëtio: Talia tibi contuleramus arma, quæ nisi prius rejicisses, invicta te firmitate tuerentur.*

Sexta stultitia est, quod nostros adjutores agnoscimus, adversus eos stoto studio, & totis viribus pugnamus. Verbi gratia: Contradictiones, & persecutiones, & contumeliæ, & cætera hujusmodi pro nobis sunt, quasi succursus à Deo missus ad impugnandum hostes nostros.

Etenim hostis noster est proprius sensus, ad quem debellandum mittere nobis Dominus contradictores. Item hostis noster est propria voluntas, ad quam expugnandam mittit Dominus contumelias, ignominias, persecutiones. Hæc omnia pro nobis sunt in prælio, quamdiu coram Deo sumus, quia illa sunt à Deo. *Bona, & mala Eccl. 11. vita, & mors, pauperias, & honestas à Domino Deo sunt.* Cum igitur adversus hujusmodi repugnamus, contra adjutores nostros pugnamus, & quibus gratias agere debemus, immo prætio magno conducere, (sicut legitur quidam fecisse in Vitis Patrum) eos persequimur, & repellimus, tanquam hostes.

Legitur quod *Thou, Rex Emath, misit ad David Joram, filium suum, ut gratias ageret ei, eod quod expugnasset Adarefer hostem suum.* Similiter legitur, quod *Achaz, Rex Juda, misit ad Theglathphalasar, Regem Assyriorum, aurum, & argentum, quod inveniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis, ut expugnaret pro eo Regem Syriæ, & Regem Israël.* Sic & sapientes faciunt adhuc, persecutores suos, benedicunt, & conducunt. Et hoc docuit Dominus: *Diligite inimicos*

2. Reg. 8.

4. Reg. 16.

Matth. 5.

inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere.

Rom. 12.

Septima, cominus oppugnare eum, qui eminus, expugnari facilius queat.

1. Cor. 6.

Septima stultitia est, cominus pugnare cum hoste, cui ex nostra propinquitate robur accrescit, & ex elongatione deficiunt vires. Sicut accidit in fornicatione, & in similibus vitiis voluptatum, quæ fugiendo vincuntur. Unde 1. Corinth. 6. Fugite fornicationem.

Octava, non oppugnare contraria contrarius.

Octava stultitia est, quia non contraria contrariis curare volumus, sed similibus. Aqua nolumus pugnare contra ignem, sed igne: hoc est, non mansuetudine, sed irâ contra iracundiam aliorum pugnamus, cum tamen scriptum sit, quod contraria contrariis curentur. Unde Apostolus: Noli vinci à malo, sed vince in bono malo.

Rom. 12.

Nona perforato se clypeo tegere.

Decima, vitam sibi de alienâ morte promittere.

Nona stultitia est, clypeo jam perforato se protegere: quod multi faciunt, qui malorum exemplis peccata sua vel excusare, vel defendere conantur.

Undecima, operosè invahi in hostem, qui absque ictu subigi queat.

Decima stultitia est, de aliena morte fiduciam vivendi sumere, & inde minus arma, & gladios formidare: & non cernimus majores cecidisse. Hac stultitiâ laborant multi, qui malorum exemplis armanantur ad vitia. Dicunt enim: Hoc fecit, vel facit talis magister, vel talis Prælatus. Quid ergo mirum, si ego idem facio?

Exod. 14. Luc. 21.

Undecima stultitia est, in repugnando contra hostem laborare, cum possimus eum gloriosius, & securius sine ictu superare. Verbi gratia: Tantummodò patienter sustineamus, quicquid mali nobis fit, aut dicitur, & non vindicemus nos. De quo Exod. 14. Vos tacebitis, & Dominus pugnet pro vobis. Et hoc est quod Dominus dixit Apostolis: In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Duodecima, sibi ipsi vim, nec inque inferre.

Duodecima stultitia est, te ipsum hostili gladio spontaneè transverberare, neque enim hoc potest hostis, nisi tu ipse gladium ejus in viscera tua morosâ cogitatione, aut delectatione aut consensu, aut opere impeggeris. Hostilem gladium voco cogitatum, quem per suggestionem cordi tuo applicat Diabolus,

1. Reg. 31.

A non habens potestatem ulterius impingendi, nisi tu ipse in gladium irrueris, sicut fecit Saul. Subtrahe igitur eorum tuum, & cadet gladius, & tu illæsus remanebis, immò quasi victor coronaberis à Domino. Exemplum de hoc in Vitis Patrum, de illo, qui nocte unâ septem coronas meruit, propter septem cogitationes, quas à se repulit. Has duodecim stultitias sola sapientia curat, quod non faciunt omnia arma bellica per se. Et idè rectè dicit Salomon: *Melior est sapientia, quam arma bellica.*

De oratione tribulorum,

PUNCTUM XXVIII.

ERat quondam David, ut sæpè in maximis tribulationibus, ut habetur ex titulo Psal. 101. *Oratio pauperis, cum anxius fuerit, & in conspectu Domini fuerit precem suam, vel ex Hebr. Cum moerore animi cruciabitur, vel operietur, vel involvetur, cum angustiis afficietur, vel torquetur se, cum constrictus erit, redactisque in angustias. Græc. Cum acedatus fuerit, vel cum labore orat; & ait: Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Sequitur: Non avertas faciem tuam à me. Qui fieri potest, ut hæc sit oratio pauperis in anxietate cordis positi, ut ab eo non avertat Deus faciem suam? Avertit, sed ut tribulatus oret, ut clamet, nam tandem non poterit Deus non respicere, & exaudire. Unde subditur: Respexit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum. ut habet alia lectio, ipsâ jam vulgatâ vulgarior, Respexit in orationem cicadae, quæ scilicet magis occidit, quò magis ardet, unde dixit ille: Silet, dum non ardet. Quò intelligas, quòd in ardoribus, ac flammis tribulationum qui orat, exauditur. Respexit in orationem cicadae. Alij det. In orationem myricæ, herbæ amarissimæ, Alij. Cajet. In orationem suspirantis. Chald. Cajet. In orationem desolatorum. Hinc ibidem: Chald.*